



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**De Iustitia || Britannica, || Sive || Anglica, || Qvae Contra
Chri-||sti Martyres Conti-||nenter exercetur**

Sander, Nicholas

Ingolstadii, 1584

VD16 S 1610


urn:nbn:de:hbz:466:1-11272




10

N. I
49.

Jh. 4922.





De Iustitia
BRITANNICA,
SIVE
ANGLICA,
QVÆ CONTRA CHRIS-
TI MARTYRES CONTI-
nenter exercetur.



*Ex legato Celmi Principis Ferdin: Epi Paderb
et Monaster. Ao 1623.*


INGOLSTADII,
Ex Officina Typographica
DAVIDIS SARTORII.


A N N O

cl. l. xxclv.

Collegij Societ. Jesu Paderb.

Ferdinandi Furstenbergij





PRÆFATIO TY-
POGRAPHI AD
LECTOREM.

Dostquam Angliaper
incestum & hæreses,
deserto cultu Diuino,
viam sibi ad æternam
damnationẽ strauit, nemo igno-
rat, quæ Catholici & sancti Chri-
sti Martyres perpepsi sint, quamq̃
diris cruciatibus cælestes coronas
promeruerint. Sed cum iã quoq̃
ad extremas vsq̃ Orbis terrarũ
oras p̃uenerit, id quod penè quo-
tidie inuictissimi Athletæ in eadẽ
Insula perpetiuntur, mirum est,
A 2 quanto.

PRÆFATIO

quantopere in Indiis quoq³ sanguis ille martyrum operarios Ecclesie animet, ad propagandam Christi fidem intrepidè, quamq³ calenti eorundem martyru^m sanguine Ecclesia irrigata in toto Septentrionis tractu uberem fructum ad fortitudinem, atq³ constantiam in omni pietate profert. Itaq³ iã ipsemet horrescit infernus, quod ubi ante aliquot annos suam fixerat sedem, ibi sapientissime Deus, qui cõprehendit hereticos & Tyrannos in heresi, & Tyrannide sua, alteram multò splendidiorẽ, ac firmiorem, quàm unquam antea fuerit, excitatam gemmis martyrioru^m subinde

inde

AD LECTOREM.


inde exornet, ut piorū oculos ad
sempiternas diuitias, quæ fortissi-
mos Christianos manent, alliciat,
et reddat alacriores. Sit benedi-
ctus Deus, Pater misericordiarū,
et Deus totius consolationis, qui
cū percutit, sanat; cū deicit
ad terram, erigit; cū videtur
in magnis tempestatibus dormi-
tare, non dormit tamen, neq; dor-
mitat; qui suam Ecclesiam ut in-
stituit, sic custodit usq; ad con-
summationē seculi. Ecquis enim
credidisset, dum atrox illa hyems,
ventiq; horribiles, religiosissimos
illius Insule ordines, ac tanquam
diuinorum seminum hortos, dum
stabat Catholica fides, florentissi-

A 3 mos,


PRÆFATIO


mos, necibus, exiliis, carcere, pro-
 scriptionibus disciceret, atq; pro-
 sterneret, fore aliquando, ut tã-
 quam iucundissimo apparēte ve-
 re, pulcherrimi flores ex spinis e-
 rumperēt, & Satanas re ipsa ex-
 periretur, quidquid per carnifi-
 ces, & equuleos technarum, &
 crudelitatum, ad Diuinum fidei
 lumen extinguendum exercet, id
 omne rediturum in caput suum,
 ad aeternum dedecus, atq; ruinã?
 Ac certè ita fit, ex quo iam ad no-
 uas artes se conuertit, & quidem
 easdem, quibus perfidi Tyranni
 prioribus adolescentis Ecclesie se-
 culis vsi sunt; Ii enim cum mem-
 brorum disceptionibus, flammis,
 &

&



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the page.





AD LECTOREM.

eandem hoc seculo adiungit, diuisis in mille portenta Lutheri, Calvini, & aliorum haeresibus, ita nos ad tantorum Martyrum exemplum afficiat, ut non ex cantharis & poculis blasphemias, ut heretici faciunt, effundamus, sed ex equuleis, & nostris ipsis venis sanguinem, ac veritatem ad Christi gloriam, Ecclesiaeque Catholicae exaltationem, largissimè atque inperterrito animo exprimere, & paratissimi, & flagranti desiderio concupiscamus.



EXEM-



EXEMPLVM LITE-

RARVM P. RICHARDI BARRETTI

ad P. Rectorem Collegij Anglorum
de Vrbe, Rhemis. VI. Aprilis.

M. D. LXXXIIII.

AM tandem his proximis diebus aliquid certi audiimus de martyrio eorū quinque, de quorum nominibus tamdiu erat dubitatum. Primus omnium Georgius Haddocus fuit, qui mirabili quadam atque diuina constantia & alacritate sociis suis ostendebat, qua via esset insistendum ad cœlestem illam patriam, quā tanto desiderio omnes sitiebant, vt pro ea adipiscenda propriū sanguinem libentissimè paterentur profundi. Georgius enim ante reliquos omnes ductus est ad mortem, sociis tamen presentibus atq; inspectantibus, si fortè huius exemplo perterriti, aliquid apprehēderent ex metu illius crudelissimi supplicij, vnde sententiam mutarent, atque veni-

Erat Sacerdos & alumnus Collegij Anglorum de Vrbe, & nepos D. Alani.

EXEMPL. LIT. RICHARD. BARRETTI.

veniam peterent. Cogitabant enim Georgium non semiuiuum, sed uiuentem planè, atque perfectè sentientem statim demittere in terrā, sed qui debuisset funem abscindere, tam imperitè tractabat illud negotium, quod mortuus sit antequam potuisset expedire. In reliquis tā cito atque tanto artificio absoluit quod sibi erat mandatum, quod dilapsi ac potius demissi ex patibulo in terram, stabāt recti in pedibus aspicientes in coelum, ac fidem suam non gestu solūm corporis atque aspectu, verūm etiam lingua profitentes & clamantes vt omnes audirēt atq; admirarētur: Dominus meus & Deus meus. Quales voces iterabant atq; repetebant etiam tum, cū carnifex sanguinolentas manus immisisset in ipsa viscera atq; præcordia, vt auulsa proicerent in flammam, quam de more habēt paratam. Atq; vt aueretur doloris uehementia & acerbitas, nouo atq; inusitato modo pectora dissecabantur atque diuidebantur paulatim, ne statim perueniretur

EXEMPLVM LITERARVM

niretur ad cor, quo inuento, putabāt nihil esse amplius, quo possent augere atq; intendere dolorem, quod omnibus modis conabantur. Et quod magis est mirū, hanc crudelitatem & plusquam Scythicam immanitatem præ se ferebant atq; ostendebāt populo, ita vt hæreticus quidam clamaret, nimiū eos sæuire in sanguinem humanum, qui statim reprehensus propter hanc loquendi libertatem, non cessauit tamen exclamare; O nimiā crudelitatem. Ista verò crudelitas, nō in vno aut altero tantū, sed in omnibus quatuor exercebatur, nempe in Thoma Hemmerfordo, Mundino, Fenno, Huterō; duo posteriores, huius seminarij sacerdotes fuerunt: reliqui tres, R. V. præclarè noti: duo autem charissimi filij, iā sunt eruntq; in cœlo patroni, donec Patrem suum Alphonsum secum habeant. Spero quod orabunt pro T. P. cōtinuò, & reliquis suis olim fratribus iam supplicibus in Christo.

Præter istos, 14. vel 15. alij quotidie expectant

*Sacerdos &
Alumnus
Collegij An-
glorum de
Urbe, &
missus fuit
in Angliā,
Anno præ-
terito in
Paschate.*

RICHARDI BARRETTI.

ſpectāt eundem calicem, quem bibituri videntur breui. Nam condemnati differuntur ad tempus, quod illis inſtar mortis videtur. In his ſunt Pictus, & Biſſopus, & Tedderus, V. R. optimi atq; præſantiſſimi filij. Iam conſtanter atq; intrepidè fidem profeſſi ſunt, vt nemo vel planiùs, vel aptiùs. P. Gaſpar Heyuodus valde bene dicitur reſpondiſſe ad omnia, & in eodem ſtatu quo reliqui, manet damnatus duodecim virorū ſententiis. Omnia obſeruantur tanta cuſtodia & diligentia, vt rarò conſtet de aliqua re, & non niſi longè poſtquam geſta fuerit. Nuper quinque ſacerdotes capti ſunt Londini, & alij in Comitatu Lancaſtrenſi, Smythæus veſter & Aliotus, qui vixit in vrbe. Captus enim fuit frater prædicti martyris Fenni, qui interrogatus, an eſſet frater illius traditoris, qui eodem die pœnas luerat digniſſimas, reſpōdebat vt dignum erat ſacerdote admodum præclarè, vt decebat fratrem tanti martyris; nempe, ſe nō eſſe fratrem vllius traditoris, eſſe tamen
fra-

De Societate IESV.

EXEMPL. LIT. RICHARD. BARRETTI:

fratrē illius gloriosissimi martyris, quem hodie vos crudelissimè interfecistis. Tu ergo (inquiunt) satis confessus es, vt eadē morte puniaris, si illius factū defendas. Ego (inquit) defendo, & cupio imitari; date mihi chartam & atramentum, faciam in hac re talem confessionem, vt vos liberem magna molestia; non erit opus testibus. Profiteor me sacerdotē, & velle libentissimè mori pro eadem veritate, in qua asserenda fratrem meum iniquissimè cōdemnāstis. Veni ob hanc causam, vt homines reconciliarē Ecclesiæ, & Romano Pontifici Gregorio XIII. Et alia multa non minus præclarè atque diuinitus loquutus est.

V. R. videt Deum mirabiliter concurrere cum nostris vestrisque vtriusque seminarij sacerdotibus, eosque seligere ad martyrium, de quibus maximè humana prudentia, vel timorem haberet vel diffidentiam. Hæc raptim, plura deinceps scripturus.

SERIES



SERIES ET CATALO-
GVS EORVM, QVÆ IN ANGLIA
SVPERIORIBVS ANNIS CONTRA CHRI-
STI Ecclesiam acciderunt, ex doctis-
simi Theologi Nicolai Sanderi
libris de Monarchia
Ecclesiæ.



ENRICVS VIII. *Anglia*
Rex, in assertione septem
Sacramentorum aduersus
Lutherum, Art. 2. Negare
Lutherus non potest, quin
omnis Ecclesia fidelium sa-
cro sanctam sedem Romanam, velut matrem
primatemq; recognoscat ac veneretur, quæ-
cunq; saltem neq; locorum distantia, neq; peri-
culis interiacētibus prohibetur accessu. Quan-
quam si vera dicunt, qui ex India quoq; veni-
unt huc, Indi etiam ipsi, tot terrarum, tot ma-
rium, tot solitudinum plagis disiuncti, Roma-
no tamē se Pontifici submitunt. Ergo si tan-

B

tam,

tam, ac tam latè fusam potestatē, neq; Dei ius-
 su Pontifex, neq; hominum voluntate conse-
 cutus est, sed sua sibi vi vindicavit, dicat ve-
 lim Lutherus, quando in tantæ ditionis erupit
 possessionem. Non potest obscurum initium es-
 se tam immensæ potentia, præsertim si intra
 memoriam hominum nata sit. Quod si rem
 dixerit unam fortasse aut duas ætates supe-
 rare, in memoriam nobis rem redigat ex hi-
 storiis. Alioqui si tam vetusta sit, ut rei eti-
 am tantæ oblitterata sit origo: legibus omnibus
 cautum esse cognoscit, ut cuius ius omnem
 hominum memoriam ita supergreditur, ut
 sciri non possit, cuiusmodi habuerit initium,
 censeatur habuisse legitimum, vetitumq; es-
 se constat omnium consensu gentium, ne,
 quæ diu manserunt immota, moueantur. Cer-
 tē si quis rerum gestarum monumenta re-
 uoluat, inueniet iam olim protinus post pa-
 catum orbem plerasque omnes Christiani or-
 bis Ecclesias obtemperasse Romana. Quin
 Græciam ipsam, quanquam ad ipsos commi-
 grasset Imperium, reperiemus tamen, quod
 ad Ecclesiæ Romanæ Primatum pertinebat,
 præ-

præterquam dum schismate laborabat, Ecclesia Romana cessisse.

FIDES IOANNIS ROFFENSIS, de Primatu Romanæ Sedis, quam fidem martyrio etiam sanguinis sui confirmavit.

IOANNES Roffensis Episcopus, in Articulo 25. contra Lutherum, postquam decem prærogatiuas Petri ex Euangelistis, aliasq; decem exactis Apostolorum collegisset, eamq; sententiam Patrum antiquorum testimoniis corroborasset, unitatemq; militantis Ecclesiæ ab unitate Episcopatus Petri pendere docuisset; tandem ait: In synagoga quæ fuit umbra Ecclesiæ, præfuit vnus Princeps sacerdotum, sub quo multi gradus & ordines fuerunt. Ecclesia enim triumphans, cui velut exemplari nostra militans respondet, vnum habet Præsidentem Deum, sub quo nouem Angelorum ordines esse, cunctis est creditum. Quomodo igitur Ecclesia, quæ media inter umbram

& exemplar est, ex una quidem parte respiciens umbram, ex altera verò spectans exemplar, carere potest unitate Præsidis? Sed etsi natura modum intueamur, prospiciemus omnem multitudinem, quæ quouis modo dicitur una, nunquam non ad unum, ceu caput & principium referri. Vnde nunquam potest Ecclesia rectè gubernari, nisi tanta varietas ordinum ad unum referatur. Primum, ut lites de rebus fidei per aliquem supremum Iudicem decidantur. Deinde, ut generalia Concilia per quendam ceu Principem (cuius mandato ceteri parituri sunt) conuocentur. Denique propter contumaces reprimendos, maxime cum inter se dissentiunt Episcopi. (Et post) Nos itaque cum Græcis & Latinis Patribus, & ij nobiscum sentiunt, Petrum exordium Ecclesie Christi fuisse, & ab eodem Christi Ecclesiam profluxisse velut à summo Capite, & supremo post Christum, cuius & successio perpetuabitur, finem nullum habitura, quamdiu seculum hoc durauerit. Nonne cernimus, Christianos è sacerdotibus nasci, sacerdotes ex Episcopis, Episcopos quoque ab ipso Pontifice summo

mo (quoties necesse fuerit) propagari? Sed & ipsum denique, qui iam summus est, ab ipso Petro per successionem, quæ nullis demonum insidiis hætenus interrumpi potuit, rectissima quadam linea descendisse?

Idem Roffensis in eodem Articulo declarat, Ecclesiam à Christo edificandam promitti non iam supra seipsum, quod antea factum erat, sed in posterum supra potestatem Pontificiam Petri & Successorum eius, qui fideles (quoad ea, quæ potestatem spectant) in æternū permanent. Supra fidem verò (quæ Pontificia potestate ac successione in sede Petri careat) Ecclesiam non potuisse edificari, gravissimis rationibus demonstrat. Primum, quia hoc edificationis genus, quod fit per fidem, non erat futurum, sed & præteritum erat, & præsens: cum & semper fuerint, & iam tunc essent alij fideles, & ante Petrum, & præter Petrum qui crediderunt in Christum. At Christus dixit: *Aedificabo.* Futura igitur erat edificatio illius. Deinde, cum lapides, qui super edificantur, sint fideles homines (1. Petri. 2.) fundamentum congenerum, & eiusdem naturæ illis

hominibus optimè congruerit, alter videlicet homo fidelis, qui est Petrus, nec is tantum, velut fidelis homo (alioqui alius quilibet fidelis ex aequo fundamentum esset, atq; ita cum singuli forent fundamentum, nulli essent loco parietum aut tecti) sed velut fidelis Pastor, qui omnibus presidens, omnes in se fideles complectatur.

Ad hæc, si ratio petra ac fundamenti duntaxat in fide constituetur, Christus hoc modo fundamentum Ecclesie dici non poterit, cum fide careat: utpote qui vera semper fructus sit visione, Petrus verò cum non sit aliud fundamentum à Christo vera petra, sed in illo, & sub illo fundamentum agat, fundamentum & petra factus intelligitur per id potissimum, quod illi cum Christo commune est, hoc est per Pontificiam potestatem ipsi à Christo collatam, & in fide ipsius (quæ visionis qua Christus fruitur, locum tenet) receptam & stabilitam. Has insignes rationes Roffensis latius explicans, demum ita concludit. Solius Petri sedes ad hunc usque diem absque hæreseos aliqua nota, manet inuiolata, solidiorq; quolibet saxo

saxo

saxo perdurat. Et sub finem Articuli: Si quis euentum rei trutinauerit, quomodo non Hierosolymis, nec Antiochia, nec alibi postremam sedem elegerit Petrus, quàm in ea urbe, quæ tum erat totius orbis caput, in qua iam ad hunc usque diem prosperatur, cum ceterorum Apostolorum sedes vel Papa sedem venerentur, vel prorsus euauerint, non poterit opinor amplius super hoc Primatu dubitare.

Postquam ista præclarissimè conscripisset Roffensis, euenit ut Rex Angliæ Henricus VIII. quem sanctissima uxoris suæ Catharina iam tadebat, illa repudiata, cuperet Annam Bolenam in matrimonium accipere. Quod cum à Clemente Septimo Pötifice Maximo, ut facere permetteretur, impetrare non posset: oblitus eorum, quæ prius contra Lutherum scripserat, imò Christi & fidei suæ oblitus, id consilij cæpit, ut Pontificis Romani auctoritate abrogata, suo arbitratu Rempublicam Christianam in Angliâ moderaretur, ac tum de priore uxore (ex qua filiam Mariam postea regno potitam genuerat)

*repudianda, tum de noua domum ducenda, se-
 cum ipse dispensaret. Volebat ergo, summæ Ec-
 clesiæ Anglicanæ caput immediatè sub Christo
 non dici tantùm, sed & scribi, & iurato cre-
 di. Quod idolum sanctissimus Episcopus Ros-
 fensis cùm adorare nollet, Deus illi mercedem
 laborum suorum redditurus, ad martyrij co-
 ronam hominem euexit. Cùm enim Tyran-
 nus intelligeret, Cardinalitiam dignitatem
 Roffensi delatam esse (quam Pontifex, eo pro-
 posito detulerat, ut eius honoris ratio faciliùs
 Regem ab illius cade auocaret) mox timens si-
 bi à tanto viro, senem omni veneratione di-
 gnum, vita, quam diu per naturam tenere nõ
 poterat, mox priuandum curauit. Quod igi-
 tur de Primatu Pontificis Romani, Episcopus
 Roffensis verbo scripserat, hoc demum sui san-
 guinis effusione obsignauit, non aliud fere, cū
 ad supplicij locum peruenisset, locutus, quàm;
 Te Deum laudamus, te Dominum cõfitemur:
 in qua cygnea cantione tum presentem
 vitam finiuit, tum futuram
 inchoauit.*

FIDES

FIDES ET SENTENTIA THOMÆ MORI, de Primatu Romanæ Ecclesiæ, quam fidem sanguine suo pro Ecclesia Dei fuso, confirmavit.

THOMAS MORVS pro Regis Hæ-
 rici VII. Catholico libello, quem
 is de Sacramentis contra Luthe-
 rum ediderat, in eundem Luthe-
 rum scribens: *Vt Romana, inquit, sedi obedi-
 enter obtemperem, cum illa mouent omnia,
 quæ docti, sanctiq; in eam rem collegerunt: tū
 illud profectò non mouet minimè, quod toties
 sumus experti, non modò neminem inimicum
 fuisse Christianæ fidei, qui non illi sedi bellum
 simul indixerit, sed etiam neminem vnquam
 existisse, qui se professus sit eius sedis inimicū,
 quin idem paulò post se declarârit insigniter,
 Christi, & religionis nostræ capitaliter ho-
 stem & proditorem esse. Valde me mouet &
 illud, quod si ad istum modum hominum vitia
 imputentur officiis: non modò non consistet
 Papatus, sed & Regnum, & Dictatura, &*

*Consulatus, & omnis omnino Magistratus
 corruet, & erit populus absq; Rectore, sine lege,
 & ordine. Quæ res si aliquando contingat, id
 quod aliquot Germaniæ locis videtur immi-
 nere: tum demum magno cum damno sentiēt,
 quantò magis intersit mortalium, vel malos
 habere Rectores, quàm nullos. Certè quod ad
 Papam pertinet, quid mali fuerit caruisse, no-
 uit Deus, qui eum suæ præfecit Ecclesiæ; nec o-
 ptandum puto, ut res Christiana periculo per-
 discat. Quantò magis optandum, ut tales De-
 us faciat esse Pontifices, quales è re Christia-
 na, & Apostolici muneris dignitate fuerit,
 ut sua sponte contemptis diuitiis & terrenis
 honoribus, toti cælum spirent, pietatem in
 populo promoueant, pacem procurent, & au-
 thoritatem quam acceperunt à Deo, aduer-
 sus mundi Satrapas, & robustos Venatores
 exercent, diris omnibus persequentes, &
 tradentes Satanae, si quis aut alienam ditio-
 nem inuadat, aut malè tractet suam, breui-
 sentiret Christianus orbis ab vno aut altero
 tali Pontifice, quantò fuerit satius emendari
 Papas, quàm auferri. Nec dubium est, quin
 iam.*

iam.

iam olim Pastorem sui gregis respexisset Christus, si Christianus populus salutem patris potius precari quàm persequi, & nuditate patris tegere, quàm pudenda ridere maluisset. Sed non deseret Luthere vicarium suum Deus, respiciet aliquando, & nunc fortasse respicit, quum patrē dolore quem patitur à perditissimo filio flagellat. Nam planè te, Luthere, puto flagellum Dei esse, magno sedis illius bono, magno tuo malo.

Nec satis huic sancto viro fuit, Romani Primatus causam scriptis suis hunc in modū defendisse, nisi etiam unā cum Roffensi animam pro fratribus poneret. Quod tanta constantia fecit, ut ne carissimæ quidem filie conspectu, quæ illi iam ad mortem properanti occurrit, à proposito abduci posset.

*MORVS autē cū & ex Lutheri defectio-
ne admoneretur, & lōgè antè prospexisset, quo
Regis cōsilia tēderent: toto septēnio (quod ipse
fatebatur) huic causæ operā dedit, ut cogno-
sceret, atq; ex Scripturis sacris, omniq; anti-
quitate repeteret, qd de vnius summi Pastoris,*

AUB.

aut de Romani Pontificis Primatu perscriptio
 esset. Cumq; nihil eo viro ingeniosius, nihil do-
 ctius, nihil sanctius in terris ageret, post se-
 ptemnium in ea quaestione positum, dicebat: Se
 Pontificis Romani Primatum semper quidem
 coluisse, velut rem orbi Christiano summè ne-
 cessariam: illud tamen examinandum eate-
 nus non putasse, utrum diuino, an humano iu-
 re niteretur. Nunc autem se nihil dubitare,
 quin diuino iure is Primatus institutus &
 stabilitus fuisset. Ac de ingenio quidem & do-
 ctina Mori tum ipsius libri, tum Erasmus
 Roterodamus praclarissimum testimoniū di-
 cunt. Sanctitatis verò id unum insigne speci-
 men esto.

Cum humanioribus literis & legibus An-
 gliae municipalibus operam ab ineunte aetate
 dedisset, atq; à conditione mediocri per omnes
 honorum gradus ad summam Cancellariae, seu
 Praetoris Urbani Praefecturam peruenisset, a-
 deò ut Princeps Senatus, Regni moderator,
 ac Regi proximus esset, duasq; ordine uxores,
 ac liberos aliquot haberet: tamen in tot Magi-
 stratibus administrandis, tot annis versatus,

ac in tanto splendore agens, non auxit facultates suas, usq; ad annuos redditus centum aureorum. Qua una ex re meritò conicias, quātam in omni virtutis genere laudem promeruerit. Qui enim cūm facillimè id posset, tamē post aurum non abiit, nec speravit in pecunia thesauris: hic est Thomas Morus & laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in vita sua. Sed mirabiliora in morte. Maiorē enim charitatem nemo habet, quā ut ponat animam suam pro fratribus suis. Ioan. 15.

Eandem Primatus Romani causam Abelus & Povuellus presbyteri, Forestus ordinis Minorum frater, Reginaldus Brigittensis, Carthusiani octodecim, & Laicus quidam nomine Germanus, aliq; complures Angli, sub Henrico Tyranno, sanguine suo tutati sunt, iidemq; martyriū palmā adepti. Iam diu enim Capitale in Anglia fuit, Romanum Pontificem Christi Vicarium confiteri.

Catharina uxor Henrici VII. cūm videret se per iniustissimam Archiepiscopi Cantuariensis sententiam à Regis consortio separari, ad Pontificem Romanum Clementem Septimum

ptimum prouocauit, qui diuortium illud iniquè tentatum esse, matrimonium verò legitimum fuisse, deliberatione prius cum omnibus orbis Christiani Academiis habita, pronuntiauit.

CARDINALEM POLVM, ET
libros doctissimos conscripsisse, & damna maxima pertulisse, & labores grauissimos subiuisse, pro Ecclesiæ Romanæ Primatu.

REGINALDVS Polus Cardinalis, pro unitatis Ecclesiasticæ defensione, quatuor libros ad Henricum VIII. eiusdem unitatis in Anglia euersorem conscripsit. In quorum secundo ait: Deum ita voluntatem suam Ecclesiæ patefecisse, ut nomen hoc nouum Ecclesiæ dederit (Isa. 62.) *vocaberis voluntas mea in ea. Interroga ergo maiores tuos (Deut. 32.) & dicent tibi, Petrū accepisse à Christo Christi in terris locum, capitis locum in Ecclesia, cui qui succedūt Romani Pontifices, eundē locū teneāt.*

Post

Post autem, accuratissimam disputationem de petra, super quam Christus edificabit Ecclesiam suam, instituens, eo argumento probat, nescire hereticos, quid illis verbis significetur: quia modo Christum, modo fidei confessionem, modo etiam Ecclesiam dicunt illam petram esse. Ipse autem docet, Simonem Christi potestate preditum petram esse, de qua Christus (Matth. 16.) agit. In cuius rei signum nomen Simoni mutatum esse, ut qui Petrus à petra diceretur. Et cum Christus Ecclesiam, quæ multitudine hominum constat, ex ædificare in animo haberet, ante omnia locutus est de lapide uno, qui tanquam caput reliquis membris prouideret: quasi planè intelligi vellet multitudinem nullam posse ullo modo consistere, nisi in uno aliquo firmaretur. Eoq; magis decedere, illam multitudinem, quæ unitatis vinculo reliquas omnes superaret (qualis futura erat Ecclesia) ad unius curam ac sollicitudinem reduci. Quod ipsum Apostoli, natura illis indicante, cum viderent: non semel præsentem Christo cõtenderunt, quis eorum maximus foret. Hanc contentionem de Principatu, Christus ad
humi-

humilitatem eos cohortans, sic ab initio repressit, ut clarè non intelligerent, quem ceterorum Principem faceret.

Sed tandem cùm eos corporali sua præsentia esset omnino relicturus, ad Simonem, què petram firmam se facturum promiserat, sermonem dirigens (Luc. 22.) Satanas ait expetiuit ut cribraret vos. Cur de futuris omnium tentationibus loquens, ad unum tantum sermonem dirigit, nisi quia is unus caput omnium erat, nec enim id fecisset, nisi aliquid præcipui in illo notare vellet. Quale autem id esset, verba sequentia declarant: Ego autem rogavi, ut non deficiat fides tua. Oratio Christi pro fide unius capitis, remedium est contra communes omnium tentationes. Vnde adiecit: Tu verò conuersus, confirma fratres tuos.

Deniq, si omnes, quicumq, in Ecclesia sunt, oues Christi sunt, cùm oues Christi (Ioan. 21.) sine vlla exceptione Petro committantur: nonne tota Ecclesia illius curæ & gubernationi sine vlla exceptione attribuitur? En Christi testamentum, en omnes suas opes quas in hoc seculo reliquit, Petri curæ commendauit. En

Dei

Dei filiis Petrum unum neq; alium præterea tutorem relictum. Post tot sæcula oves Christi, Petri & eius successorum custodia commissas, iã à successore Petri abigere, hæretici student.

In tertio autem libro Ecclesiam Christi, cum synagoga Iudaorum conferens, eleganter infert: Ecclesias quæ à Romana secesserunt, non aliter ac Dathan & Abyron absorptas esse, unamq; Petri Ecclesiam velut virgam Aaronis effloruisse, utpote quam nulla unquam hæresis occupauerit. Illud etiam præclare admonet, quod undecim Apostolis ad gentes iam dimissis, Christus hoc munus ad unum Paulū, quem gentium Apostolum nominavit, reuocans, eo ipso significauit, à multitudine præfectorum recessum esse, atq; omne genus humanum duobus præcipuis legatis commissum esse, Petro & Paulo, huic gentium, illi circumcisionis Apostolo. Tum autē, quemadmodum Paulus dixit, oleastrum oleæ, hoc est, gentes stirpi Abraham insitas esse; sic etiam res ipsa demonstrat Pauli Apostolatū, tanquam in arborem insitum, atq; ita ex duobus unum esse effectum. Nam in Ecclesia Romana amborum

C

Aposto-

Apostolatus in unum coaluit, quod in nulla alia Ecclesia de duobus Apostolis accidisse videmus. Omnia igitur ad Petri Apostolatum, hoc est, ad Ecclesiam Romanam tanquam ad unam arborem sunt conducta, quo magis unitas Ecclesiae conseruetur, quae arbor ex Christo viuificum humorem trahens, omnibus deinceps ramis eum dispertit.

Scrisit praeterea Polus librum de summo Pontifice, in quo sic habet. c. 8. Christi vicarius, cui singulare & maximum omnium ministerium commissum est, illud nimirum, quod ad ultimum spectat hominum finem in orbe terrarum, Ecclesiamque gubernanda, obtinet summam ac praecipuam potestatem inter ceteros omnes Dei ministros, seu Imperatores, seu Reges, seu Principes, aut quocumque alio nomine nuncupentur, quos etiam diuina Scriptura vocat ministros regni Dei, sed illos quidem iustitiae potius quam misericordiae, quum vicarius Christi misericordiae, quae superexaltat iudicium, proprie minister sit.

Venio nunc ad damna & labores, quos pro Ecclesia Romana Polus sustinuit. Cum enim

enim

enim vir tam sanctus esset, ut neq̄ ambitione intumesceret, cum duobus tantum suffragiis à Romana Cathedra Principatu abesset, neque rursus animo deiiceretur, cum in Iulium Tertium vota Cardinaliū transisse intelligeret, ob eamq̄ rem fateri debeamus, eum virum spiritu non huius mundi, sed ipsius Dei actum fuisse: plurimi omnino refert, ut sciamus, non modò quid ille senserit de Primatu Ecclesiæ Romanæ, verum etiam quid pro eius defensione fecerit, aut etiam passus fuerit.

Quo igitur tempore Polus animaduertit, Regem Henricum, cui sanguinis ratione coniunctus erat, usq̄ è voluptatibus diffluere, ut non modò legitimam uxorem, ex qua prolem susceperat, repudiare, verum etiam Pastorem animæ suæ Romanum Episcopum, omni potestate in Anglia spoliare vellet: patriam potius, quàm fidem sibi deserendam ratus, ex Anglia sponte exiit: non certè ut exterarum regiones inuiseret, sed ut conscientia tantum, ac salutem aternam consulere. Matrem igitur carissimam, cognatos amicosque, & quod amplius est, spem

ad summos honores aspirandi, non inuitus reliquit, ut Ecclesie unitatem, quæ in Romana potissimum Cathedra eminent, incolumem sibi conseruaret. Ac non multò quidem postea, cum se à Regis Henrici pessimis consiliis abhorrere ostendisset, mox audit, fortunas primum omnes ablatas esse, deinde læsæ Maiestatis notam, falso quidem, sed tamen publici decreti specie nomini suo iniustam: matrem postremò, non tantum ad carceres, verum & ad mortem literarum causa, quas à filio accepisse dicebatur, pertractam.

Nec ita quieuit Regis furor. Quinimò Polum ubiq; persequitur, nec aut in Galliis, aut in Belgis, vel exsulem tranquille agere illum virum permittit, cui similem eo tempore, nec tota quidem Anglia (ob schisma quo tunc laborabat) ullo modo haberi potuit. Quinimò tam cara vnius Poli mors, Henrico Regi fuit, ut stipendia in decem menses pro quatuor millibus peditum, Senatui Caesaris apud Belgas ea tantum lege offerret, si vir integerrimus in homicidæ illius potestatem daretur. Quod Polus cum intellexisset, id tantum dixisse

xisse

xisse fertur. Henricum Regem, qui vita ista eum spoliare tantopere studeret, nihilo plus ei molestia afferre, quàm si quis dormitum ire cupienti vestem detrahat. Hactenus de Poliscriptis & periculis pro sede Apostolica susceptis dictum est. Quomodo enim Angliæ ad Ecclesiæ unitatem reuocanda minister fuerit, id suo postea loco narrabitur.

QVOT ET QVANTITVM EPISCOPI, tum alij tam Ecclesiastici, quàm nobiles & illustres in Anglia, Hybernia & Scotia viri, dignitatem, fortunas, patriam, libertatem, ac deniq; vitam, Elisabetha apud Anglos regnante atq; hæresim profitente, amiserint, vt ne cogentur Pontificis Romani Primatum abiicere atque ab-
iurare.

HENRICVS VIII. Angliæ Rex,
vt Annam Bolenam in Cathari-
na uxoris suæ adhuc viuentis lo-
cum introduceret, Pontificis Ro-

mani ab eo diuortio abhorrentis potestatem ex Anglia eiicit, quam Pontificiam potestatem Regina Maria Catharina filia, ut desereret adduci nunquam potuit, etiam si mors, uiuente adhuc Henrico eius Patre, ob eam causam illi fuisset intentata. Cùm igitur Deus Mariam Regno Angliæ præfecisset, illa honorem Sedi Apostolicæ debitum, publico Regni assensu reddendum curauit, ut iam antè explicuimus.

Maria uerò sine liberis mortua, cùm Elisabetha Anne Bolenæ filia Regium thronum occupasset: mox de eiicienda Pontificis Romani auctoritate cogitare cepit, nec iniuria. Videbat enim si Primatum Romanæ Cathedræ agnosceret suo, matrisq; suæ honori derogatum iri, quam illa Cathedra non legitimè nuptam Henrico Regi fuisse pronunciauerat. Ne igitur aut matrem illegitimè Regi nuptam, aut seipsam, uiuente adhuc priore eius Regis coniuge, illegitimè natam fateretur: maluit Sedi Apostolicæ in æternum stanti, atque ad eò florenti, repudiij libellum dare, quàm breui perituro honori suo quicquam detraxisse uideri. Cōuocatis igitur publicis Regni Comitibus, cùm
ad

ad Regni ordines de Papatu deserendo, & hæresi stabilienda retulisset, quanquam dederat operam, ut non fere alij ad ea Comitia conuenirent, quàm qui iam antè abhorrerent à Catholica fide, tamen quia Episcopos & optimates ab illo conuentu excludere non potuit, postquam omnes nervos intendisset, vix tandem obtinuit, ut hæreticorum partes constantiam Catholicorum, vel solis tribus suffragiis superarent. In tam exiguo momento salutis æternæ ratio apud Anglos pependit illo tempore. Ac tunc quidem Episcopi, & cæteri qui aderant Prelati, cum essent viri grauisissimi, atq; ab omni crimine immunes, ad vnum omnes, huic impio decreto restiterunt.

Nobilissimus etiã Baro & Vicecomes D. Antonius Brunus de Monte Acuto, liberè copiosèq; exposuit, quãto dedecori ea res toti Regno futura esset, si cum paucis antè annis Sedi Apostolica recõciliatũ fuisset, ob eamq; rem, vsq; ad urbẽ Romã legationẽ publicã misisset, nũc iterũ ab eiusdẽ Sedis unitate sponte sua resiliiret: nec dedecus modò, verũm etiã ingēs periculũ in ea re esse, si fortè sedes Apostolica ob tanti sceleris

*vindictam, excommunicatis hareseos aucto-
 ribus, Regnum ipsum gladio, & direptioni
 vicinorum Principum, exponeret. Quo tunc
 in statu & publicas & priuatas res suas fore
 arbitrarentur? Se quidem vnum ex iis lega-
 tis fuisse, qui Paulo Quarto Pontifici Romano
 debitam obedientiam publicè, tum præstitif-
 set ipse, tum totius Angliæ & Hyberniæ no-
 mine eandem in posterum sartam tectam con-
 seruandā esse promisisset; nec sibi iam integrū
 esse, vt aliter vnquam faceret aut statueret.
 Rogare igitur optimates, vt fidei ab se nuper
 data memores, retinerent illius Pontificis cō-
 munionem, cuius auctoritate religionē Chri-
 stianam & primū accepissent, & perpetuò
 conseruāssent. Hæc illo apud optimates cum
 magna ingenij, fidei, constantiæq; laude pero-
 rante, interim Ioannes Storæus Iurisconsul-
 tus, vir ingenio, doctrina, & longo rerum ge-
 rendarum vsu excellens, eandē caussam apud
 inferiorum ordinum viros diligenter accura-
 teq; egit, multa interponens, tum de necessita-
 te vnius summi capitis in Ecclesia, tum de lon-
 ga & maximè diuturna maiorum consuetudi-
 ne,*

ne,

ne, qui Romanam sedem, velut Apostolorum Principis Cathedram, semper omni obseruantia coluissent.

Porro cum ob contraria Reginae studia nec hi viri, nec alij, qui eandem causam fouebant, quicquam proficerent: id demum restabat, ut Episcopi omnes recusarent Ecclesiis suis praesesse in ea Republica, quae à capite Catholicae communionis defecisset. Omnes igitur sedibus suis abdicati, vel in exilium spontaneum iuerunt (quae fors obtigit etiam Thomae Golduuello Reuerendissimo Episcopo Assaphensi) vel in custodiam, alij priuatam, alij publicam, traditi, Pontificis Romani Primatum gloriosius confitebantur & praedicabant iam vinceti, quam liberi & soluti potuissent. Nam ut Apostolus de seipso dicebat (Philip. 1.) non parum lucri accessit Euangelio, dum vincula eorum, qui ob Christum perpetiuntur, manifesta fiunt in omni Pratorio, adeo ut plures etiam ex fratribus in vinculis eorum confidentes, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui.

Ac sanè, ut ne id quidem praetermittam,
 C S postquam

postquam Episcopi & ceteri Theologi atq; Ecclesiarum Cathedralium presbyteri Canonici, tum vincula, tum mortem in carceribus obasserendum summi Pontificis Primatum subiissent: diuinitus factum est, ut Angli Catholici, qui apud Belgas sub Regis Catholici clientela agebant, auderent liberius veritatem fidei suae, non verbis modò, sed scriptis etiam confiteri. Quo in genere facile princeps exstitit Thomas Hardingus sacrae Theologiae Professor, qui Iuellum Pseudoepiscopum Sarisburiensem inueniliter exsultantem ita repressit, ut cum Iuellus palam in suggestu affirmasset, se Catholicae fidei subscripturum, si locus aliquis aut è Scriptura sacra, aut ex Patribus, qui primis sexcentis annis vixissent, proferretur, in quo Pontifex Romanus diceretur uniuersalis Ecclesiae caput (de aliis enim articulis iam non ambigimus) mox Hardingus librum doctissimum Anglico idiomate conscribens, docuit inter cetera, Damasum Pontificem Romanum ab Ambrosio (in Commentariis 1. ad Tim. 3.) vocatum esse Rectorem eius Ecclesiae, quae domus Dei, & columna ac firmamentum veritatis.

tatis.

tatis ab Apostolo dicitur. Neq^z enim dubium est, quin & Rector idem sit, quod caput, & illa fuerit uniuersalis Ecclesia, quam Apostolus eo in loco describit. Romanus igitur Pontifex, qui est Rector domus Dei, qui est columna & firmamentum veritatis, idem utiq^z uniuersalis Ecclesie caput existit. Multa etiam alia in eandem sententiam ex Cypriano, Athanasio, Augustino, Hieronymo, aliis Patribus Hardingus in medium protulit, quæ luellum eò tandem redegerunt, ut per edictum Regium curaret, eiusmodi libros interdicendos & abdicandos, adiecta etiã multa & minis terrore plenis, si quis eos apud se tenere deprehederetur.

Hardingi exemplum secuti sunt alij Theologi complures, inprimis Thomas Dormanus, & Ioannes Martialis, post autem Hugo Heskinus sacre Theologie Professor, Ioannes Rastellus, Nicolaus Sanderus, Gulielmus Alanus, Thomas Stapletonus, & Robertus Poinzeus: qui omnes, ubi occasio tulit, eundem Pontificis Romani Primatum, & confessi sunt egregie, & rationibus tum è sacra Scriptura, tum ex auctoritate Patrum, & usu rerum
peti-

petitis, vehemēter corroborarunt. Quod Argumentum Thomas Stapletonus omnium copiosissimè tractavit in eo libro, quem omni & eloquentia & doctrina refertum contra Horum Pseudoepiscopum Vintoniensem edidit. Hac non esse omittenda hoc in loco putavi, ut alia nationes scirent, non Angliam uniuersam ita recessisse à Romani Pontificis obedientia, quin optimi quique & doctissimi viri adhuc persistant, ac in aeternum permansuri sint, in sancta sedis Apostolicae obseruantia atque communione. Quam sedem in hoc exsilio nostro benignam sanè matrem experti sumus, ut verè appareat, hanc esse ac manere prorsus eandem, quae olim fuit, quum ad eam veluti ad Catholicae communionis portum confugerunt Athanasius & Petrus Alexandrinus, ceterique Episcopi Catholici per Vandalos ex Africa eiectioni. Proprium enim petrae ac rupis solidae est, alios minores lapides mole sua sustentare, ac locum, ubi securè quiescant praeberè.

Qui autem pro Apostolica Cathedra Principatu confitendo, vel in vinculis domi, vel in exsilio foris, partim usque ad mortem perstiterunt,

runt,

runt, partim usque ad hodiernum diem detinentur, hi sunt:

<i>Edmundus Bonnerus, Londinensis.</i>	} Episcopi Angli, aut in vincu- lis, aut exsilio vita de- functi.
<i>Ioannes Vitus, Vintoniensis.</i>	
<i>Cuthbertus Tonstallus, Dunelmensis.</i>	
<i>Oglethorpus, Carleolensis.</i>	
<i>Pateus, Vigorniensis.</i>	
<i>Baynus, Lichfeldensis.</i>	
<i>Thurlebeus, Elyensis.</i>	
<i>Polus, Petroburiensis.</i>	
<i>Burnus, Bathoniensis.</i>	
<i>Scotus, Cestriensis, in exsilio defunctus.</i>	

<i>Hethus, Eboracensis</i>	} Episcopi Angli adhuc in custodia detenti, aut ex- sules, et superstites.
<i>Archiepiscopus.</i>	
<i>Watsonus, Lincolnensis.</i>	
<i>Troblefeldus, Exoniensis.</i>	
<i>Thomas Goldwellus, Asaphensis,</i>	
<i>Roma exsulat.</i>	

Richar-

Richardus Creueus, Archiepiscopus Armacanus.

Mauritius, Archiepiscopus Casselensis.

Gulielmus VValsius, Medensis Episcopus.

Thomas Leurus, Darenfis.

Thomas Ternanus, Rossensis.

Redmundus Episcopus Al-ladensis.

Episcopi Hibernæ aut vinciti, aut exsules.

Ioannes Hamiltonus, Archiepiscopus S. Andrea.

Iacobus Beron, Archiepiscopus Glasconensis.

Gulielmus Cheisolne, Episcopus Dumblanensis.

Ioannes Leslie, Episcopus Rossensis.

Episcopi Scotia sedibus eiecti.

D. Fek.

D. Feknamus Monachorū
S. Benedicti Abbas, in
carcere adhuc agit.

Mauritius Chaceus Car-
thusianorū Prior, cū suis
omnibus in exsilio agit.

Wilsonus Carthusianorum
de Monte Gratia Prior.

Catharina Palmera Moni-
alium D. Brigittæ Ab-
batissa, cum Hugone Hu-
berto, eiusdem ordinis
generali confessore, ac
reliquis fratribus & so-
roribus suis, locū exsilij
sui prope Antuerpiam in
Brabantia sortitur.

Elisabetha Cresnera Mo-
nialiū D. Dominici Pri-
orissa cum suis apud Bru-
genses agit.

Franciscani per inferiorem
Germaniam dispersi in
exsilio agunt.

Religiosorū or-
dinum Archi-
mādrita & Pri-
ores tum Angli,
tum Scoti ob fi-
dem suis sedibus
pulsi.

Richar-

<p><i>Richardus Shelleus ordinis D. Ioannis in Anglia Prior, cum fratre suo Iacobo eiusdem ordinis milite, in exsilio agit.</i></p> <p><i>Georgius Dureius, Dunfermlemensis, Abbas Scotus.</i></p> <p><i>Abbas etiam de Neuhall, Scotus.</i></p>	<p><i>Religiosorum ordinum Archimandrite & Priores tū Angli, tum Scoti ob fidē suis sedibus pulsī.</i></p>
--	--

D. Henricus Colus, Ecclesiæ Londinensis.

D. Edmundus Stuardus, Ecclesiæ Vintoniensis.

D. Reginaldus, Ecclesiæ Exoniensis.

Robertsonus, Dunelmensis.

Setholandus, Vigorniensis.

D. Ioānes Ramrigius, Lichfeldiensis.

*D. Ioānes Harpsfeldus, Nor-
douicensis.*

*Henricus Ioliffus, Bristolien-
sis.*

Decani Cathedralium in An-

D. Ioan-

D. Ioannes Boxollus, Vin-
delisoriensis.

Daniel, Herfordensis.

Petrus VVhitus, VVater-
fordiensis.

Thomas Moeranus, Cor-
censis.

David Hurle, Iemlacensis.

glia Ecclesiarum.

D. Nicolaus Harpsfild, Cantua-
riensis.

D. Dracottus, Eboracensis.

Richardus Petreus, Bokingamiae.

D. Chedsens, Middelfexia.

Marvinus, Surriensis.

Fitz Iacobus, Bathonensis.

D. Albanus Langdalus, de Le-
vuus.

Taylerus, Cicestriensis.

Hodsonus, Lincolinensis.

Ioannes Hansonus, Richmun-
densis.

Robertus Percevallus, Cestrien-
sis.

Archidia-
coni vel

D

Rober-

Robertus Monensis in Vallia.

Luttrellus, Archidiaconus Mendensis in Hybernia.

Thomas Chone, Waterfordiensis, ibidem.

vincti, vel
exsules.

Belserus, Collegio D. Ioannis in Oxoniensi Academia.

Elius, eius successor in Collegio.

Slithurstus, Collegio S. Trinitatis.

Henricus Henshaus, Lincolnensi Collegio.

D. Georgius Bullocus, Collegio S. Ioannis in Cantabrigia.

D. Ioannes Yongus, Collegio Penbrukenfi.

Edmundus Cofin, Collegio S. Catharinae.

Thomas Pecok, Collegio Reginae.

Gulielm⁹ Taylerus, Colleg. Christi.

Thomas Redmanus, Collegio Iesu.

Thomas Bayleus, Collegio de Clare.

Laurentius Vausaus, Collegio Mācestriensi.

Studio-
rum Col-
legiis vel
in Oxo-
nio, vel
in Canta-
brigia
Praefecti
partim
vincti,

Guliel-

<i>Gulielmus Martialis, Aula S. Albani.</i>			
<i>Ioannes Smithaus, Collegio regali in Oxonio.</i>			<i>& vita defuncti, partim exsules.</i>
<i>Hodgesonus, Collegio Reginae in Oxonio.</i>			
<i>Hillus, Ecclesiae Cantuariensis Canonicus.</i>			
<i>Ardenus.</i>	}	<i>Ecclesiae Eboracensis.</i>	<i>Canonicum Cathedralium Ecclesiarum ob Sedis Apostolicae Primatum, vel in custodia defuncti, vel adhuc viventi, aut exsules.</i>
<i>Mauritius Glenok.</i>			
<i>Palmus.</i>			
<i>D. Setonus.</i>			
<i>D. Mortonus.</i>			
<i>Henricus Bouel, in Ecclesia Suthwuelensi eiusdem Dioceseos.</i>	}	<i>Ecclesiae Londinensis.</i>	
<i>D. Thomas Darbisherus.</i>			
<i>Villertonus.</i>			
<i>Cosinus.</i>			
<i>Moruinus.</i>			
<i>Thomas Hidus.</i>	}	<i>Ecclesiae Vintoniensis.</i>	
<i>Langrigius.</i>			
<i>Bilsonus.</i>			
		<i>D 2</i>	<i>Salvi-</i>

<i>Salvinus.</i>	} Ecclesia Dunel- mensis.	
<i>Dantonus.</i>		
<i>Tutinus.</i>		
<i>Nicolaus Marley.</i>		
<i>D. Faucetus.</i>	} Eccle- sia Lin- colniē- sis.	
<i>Robertus Mānerus</i>		
<i>Gulielmus Villus.</i>		
<i>Thomas Villerus.</i>		
<i>Thomas VWilsonus.</i>	} Eccle- sia Ce- striēsis	
<i>Gulielmus Colin- uod.</i>		
<i>D. Heskinus, Can- cellarius.</i>	} Ecclesia Sarisbu- riensis.	
<i>D. Thomas Har- dingus, Thesau- rarius.</i>		
<i>Ruardus Domini- cus.</i>		
<i>David Poruellus.</i>		
<i>Faulerus.</i>		
		<i>Canonici item Cathedralium Ecclesiarum, ob Sedis Apostolicae Primatum, vel in custodia de- functi, vel ad- huc vincti & exsules.</i>

Ioannes

<i>Ioannes Bicardikus.</i>	} Ecclesia Batho- nensis.	} Canonici item Ca- thedraliū Ecclesiarū, ob Sedis A- postolicæ Primatū, vel in cu- stodia de- functi, vel adhuc vin- cti, aut ex- sules.
<i>Edouardus Cartfordus.</i>		
<i>Gilbertus Burnfordus.</i>		
<i>Egidius Capellus.</i>		
<i>Ioannes Hemingus.</i>		
<i>Huchinsonus.</i>	} Eccle- sia Cice- striēsis.	}
<i>Bemūdus, Cācellarius.</i>		
<i>Edouardus Godsaluus.</i>		
<i>Thomas Stapletonus.</i>		
<i>Thomas Nutom.</i>	} Ecclesia Exoniē- sis.	}
<i>Ioannes Blaxtonus.</i>		
<i>Gualterus Muggus.</i>		
<i>Richardus Ludbius, Ecclesia He- refordensis.</i>		
<i>Harcottus, Ecclesia Nordonicēsis.</i>		
<i>Gulielmus Dalby, Cancellarius Ecclesia Bristolienſis.</i>		
<i>D. Richardus Smi- theus.</i>	} Ecclesia O- xonienſis.	}
<i>D. Treshamus.</i>		
<i>Morganus Philippus, Præcen- tor Ecclesia Meneuensis.</i>		

Non sic autem res accipienda est, velut hi soli Ecclesiarum Cathedralium Canonici, quos hoc in loco adscripsi, ob Sedis Romanae confessionem, patria, opibus, libertate, aut vita privati fuerint. Nec enim dubito, quin alij præterea valde multi hanc laudem meriti sint. Sed illos ego recensui, quos aut ipse noueram, aut ab aliis hac dignitate motos esse acceperam. Presbyteri verò Parochiales, & alij Clerici, qui ob retinendam Sedis Apostolicae communionem, vel in vinculis defuncti, vel adhuc vincti, vel in exsilium ire coacti sunt, multò difficilius enumerari possunt. Sed tamen ne ordo ipse, si penitus prætermittatur, iniuriam sibi factam existimet: eos hic adiungam, de quibus me audire contigit.

Edouardus Villiamsonus.

Gulielmus Sotton.

Gretus.

Hartus.

Ioannes Cubbidgus.

Wodrus.

Presbyteri in carcere aut defuncti, aut ad-

Ionso-

*Ionsonus.**Ramseius.**Georgius London.*

huc detenti, ob Pri-
matus confessionē.

*Clemens Burdettus.**Edmundus Hargattus.**Thomas Dauys.**Gregorius Bellus.**Laurentius VVebbus.**Robertus Paynus.**Nicolaus Langrigius.**Richardus Adamus.**Ioannes Peritonus.**Thomas Cranus.**Richardus VVodlock.**Richardus Iacobi.**Thomas Haukins.**Crocus.**Grangerus.**Gulielmus Giblettus.**Coquus.**Hugo Tenant.**Thomas Palmerus.**Thomas Atkinsonus.*

Presbyteri item
beneficiis suis ex-
suti, aut in exsilio
degentes, ob Pri-
matus Romanicā
fessionem.

D 4

Pilus.

Pilus.
Colinus.
Redus.
Durstonus.
Edouardus Chamberus.
Simon Bellostus.
Kingus.
Rogerus Bobettus.
Robertus Ionus.
Ioannes FeZardus.
Gulielmus Shepardus.
Richardus Bisshop.
Ioannes Beruvikus.
Martinus.
Antonius VVilkinson.
Courtmillus.
Richardus Prattus.
Gulielmus Atkinsus.
Heiwardus.
Harperus.
Iosephus.
Ioannes Feltonus.
Stephanus Markus.
Ioannes Oliuerius.

*Presbyteri item
 beneficiis suis ex-
 uti, aut in exsilio
 degentes, ob Pri-
 matus Romani cō-
 fessionem.*

Guliel-

Gulielmus Greshoppus.
Thomas Kirtonus.
Edouardus Brumbrogus.
Henricus Aluwayus.
Ioannes Rastellus.
Suthbertus Vauxeus.
Edmundus Brunus.
Georgius Storeus.
Guilhelmus Smithaus.
Grenuvellus.
Clemens.
Petrus de Southuwarm-
borough.
Edouardus Taylerus.
Gulielmus VVoddus.
Knights.
Ioannes Rastellus.
Ioannes Danisterus.
Hauardus.
Thomas Fremannus.
Philippus.
Ioannes Fuccius.
Antonius Gardinettus.
Ioannes Bradshaus.

Presbyteri item
beneficiis suis ex-
uti, aut in exsilio
degentes, ob Pri-
matus Romani cō-
fessionem.

D 5

Mini.

Miniuerus.

Robertus Kentus.

Iaksonus.

Henricus Gillus.

Ioannes Redshaus.

Alanus Cheuerie.

Richardus VVistus.

Leonardus Stopius.

Ioannes Dalus.

Edmundus Lysterus.

Ioannes Boltonus.

Thomas Hamedinus.

Henricus Pius.

David de Skenthrist.

Tomsonus.

*Presbyteri item
beneficiis suis ex-
suti, aut in exsilio
degentes, ob Pri-
matus Romani cō-
fessionem.*

David VVolfius.

Edmundus Tannerus.

Thomas Poꝛuerus.

Petrus Dillonus.

Ioannes VVhitus.

Petrus Fitzgerot.

Bernardus Kerulanus.

*Sacerdotes Hy-
berni ob Prima-
tum vincti, aut
exsules.*

Ada-

Adamus Kingorn.

Ioannes Gray.

Andreas Gray.

Gulielmus Meldrom.

Iacobus Fynlason.

Iacobus Chalmer.

Ioannes Chalmer.

Georgius Zong.

*Sacerdotes Scoti,
ob Primatum be-
neficiis suis priua-
ti, aut exsules.*

*Eos præterea qui honestum locum in Col-
legiis utriusq; Academia sortiti, & eodem ob
fidem Catholicam per hos duodecim annos, e-
iecti sunt, non minus trecentis fuisse verè di-
xerim, quos hîc singulos recensere nolui, par-
tim ne tædio Lectorem afficerem, partim quia
difficulter nomina singulorum addiscerem,
Quos tamen aut publicè legendo aliis præiuis-
se, aut insignè literarij honoris gradum, quan-
doq; ascendisse intellexi, non putavi præter-
mittendos.*

*Nicolaus Sanderus, qui tanquam Regius
Professor Ius Canonicum suo iure in Oxonio
publicè prælegit, ei loco & muneri ob fidem
reseruandam renuntians, & postea sacræ
Theologiae Professor factus, librum de visibili
Monar-*

Monarchia Ecclesie ad communem utilitatem conscripsit.

Gulielmus Zonus in Cantabrigia, Iuris Civilis Regius Professor, fidei causa eo officio carere elegit.

Georgius Ethrigius Græcarum literarum in Oxonio Regius Professor, ob fidem & eo munere priuatus, & in carcerem coniectus fuit.

D. Babingtonus.

D. Carterus.

D. Sedgius.

D. Nicolaus Mortonus.

D. Carolus Parkerus.

D. Richardus Hallus.

D. Gaspar Heirvodus.

D. Gulielmus Alenus.

D. Thomas Stapletonus.

D. Simon Symson, Scotus.

D. Edmundus Hayus, Scotus.

Doctores S. Theologiae, ob fidem aut beneficijs priuati, aut exsules.

D. Ioan.

D. Ioannes Storæus.

D. Richardus Micheus.

D. Edmundus VVindā.

D. Ioannes Pauleus.

D. Gulielmus Knottus.

D. Andoenus Ludouicus, hodie in Duacensi Academia Regius Professor.

D. Thomas Butlerus.

D. Richardus Vitus.

Iuris Ciuilis & Canonici Doctores, aut in vinculis defuncti, aut adhuc vinciti, aut exsules.

D. Ioannes Frierus Pater, in carcere mortuus.

D. Ioannes Frierus Filius, exsulat Patauij.

D. Nicolaus Carrus.

Thomas Vauaserus.

D. Ioannes Clemens, exsul.

D. Henricus Blaknodeus, Scotus.

D. Richardus Smithaus.

D. Edouardus Atslous.

Doctores artis Medicinæ in confessione Romani Pontificis constantes.

Richar-

Richardus Bernardus.

Gulielmus VVilsus.

Thomas Dormannus.

Richardus Flemingus.

Gregorius Bellus.

Ioannes Martialis.

Nicolaus Quemerford.

Gulielmus Pomrellus.

Thomas Darellus.

Ricardus Bristous.

Ioannes VVhitus.

Licentiati Theo-
logia.

Fremannus S. Pauli in urbe

Londinensi.

*Ioannes Harrisus, in Bristolien-
ensi.*

Benedictus, in Sarisburiensi.

Gulielmus Gooddus in VVellēsi.

Plumtreius, in Lincolnensi.

*Ioannes Fennus, apud memoriā
S. Edmundi.*

Ioannes Potzus in Leicestrensi.

Thomas Iuisonus, in ciuitate

Dunelmensi.

Ludimagi-
stri ob Pri-
matus con-
fessionem,
officio suo
abdicati.

Seba-

<i>Sebastianus in Cathedrali Ecclesia Londinensi.</i>	}	<i>Magistri Musi- ces officio suo ob Primatus confes- sionem eiekti.</i>
<i>Thornus in Metropoli E- boracensi.</i>		
<i>Prestonus, in oppido Vin- delisforiensi.</i>		

Omitto studiosorum planè maximam multitudinem, qui ob Primatus Romani confessionem partim rapti sunt in vincula, partim in exsilium acti, partim suis Collegiis eiekti. Caterùm ne soli Clerici videantur istam in fide profitenda constantiam tenuisse, commemorabuntur etiam aliquot Illustrium Laicorum exempla, in eodem genere.

<i>Henricus VVrisleius, clarissimus Comes Suthantonensis, atate iuuenis, fidei confessione aliis natu maioribus tam insigniter pralucet, ut ob eam præcipuè rem, licet alia specie obtenta, in custodiam sit missus.</i>	} <i>Illu- stres Laicè</i>
<i>Geraldus Desmonia in Hybernia Comes, Catholicae fidei semper studio-</i>	
	<i>sisimus,</i>

sisimus, & propterea hereticis inuisus, iã diu in vinculis detinetur.

Henricus Parkerus illustris Baro, Dominus de Morleo, cũ in Anglia fidem Catholicam liberè profiteri non posset, sponte in exsilium se contulit, iamq; Brugis, cum duobus fratribus suis, & reliquo Comitatu agit.

Ioannes de Mordant, illustris Baro, in vincula ob Catholicam fidem in Anglia coniectus est.

Inclytus Baro Scotiae Dominus de Seton, cũ Catholicus semper esset, ob eamq; causam Mariae Serenissimae Scotorum Reginae, quae & ipsa fidem Catholicam omni obseruantia colebat, summo studio adheresceret: captus, & in vincula ductus, carceris tedium pluribus annis sustinuit, donec ad postremũ Iacobo Spurio interfecto, è custodia liberatus est, à quo tempore iam iterum Reginae suae fidele obsequiũ

ob fidem Catholicã & Romanam Sedis Primatum, aut in custodia defuncti, aut vinceti, aut exsules, aut officis suis, & dignitate privati.

tam

tam domi quàm foris præstat.

*Nobilis Baro de Slan, Hyber-
nus, ob fidei confessionem vincu-
la per sæpe sustinuit.*

*Edouardus VValgravius, E-
questris ordinis vir, & à Consili-
is Reginae Mariae, cum ob fidei Ca-
tholicae confessionem in vincula
duceretur, atq; aliis vinctis tam
verbo exemploq; suo solatium,
quàm facultatum suarum largi-
tione opem assiduam ferret, ex
fætore carceris in morbum inci-
dens, martyrij palmam adeptus
est.*

*Franciscus Englesildus Eque-
stris ordinis vir, & à Consiliis
Reginae Mariae, cum ob Catholicae
fidei studium, statim ab initio Re-
gni Elisabethae, mare transisset,
reuocatus postea domum, elegit
potius & patria, & prædiis suis
amplissimis carere, quàm à fidei
suae confessione discedere. Cumq;*

*Illustres
Laici ob fi-
dem Ca-
tholicã &
Romanæ
Sedis Pri-
matũ aut
in custodia
defuncti,
aut vin-
cti, aut ex-
sules, aut
officiis suis
& digni-
tate pri-
uati.*

E

domi

domi pupillis Regis Praefectus
fuisse (quod munus apud Anglos
honorificum imprimis, & amplū
habetur) hoc idem officium domi
ademptum, foris per hos duodecim
annos exercuit, non iam erga re-
gios, sed erga pupillos Dei, quos
fouere, & suis opibus pascere nū-
quam destitit.

Robertus Peccamus, Equestri
ordinis vir, & à Consiliis Reginae
Mariae, cū aliquot annis in ex-
silio spontaneo sanctè vixisset,
mortuus est Romae, quo se ob fi-
dem suam confitendam cum ma-
nifesto fortunarum omnium domi
amittendarum periculo cōtulit.

Edouardus Carnus, Equestri
ordinis vir, pro Maria Regina
ad Pontificem Romanum Lega-
tus, post eiusdem Mariae obitum,
recusavit in Angliam tunc schis-
maticam reuerti, sed Romae Ca-

Illustres i-
tē Laici, ob
fidem Ca-
tholicā &
Romanæ
Sedis Pri-
matū aut
in custodia
defuncti,
aut vin-
cti, aut ex-
sules, aut
officiis suis
& digni-
tate pri-
uati.

tholi-

tholicam fidem tam suo, quàm Catholicorum Angliæ nomine præclarè confessus est usque ad mortem suam.

Thomas VVhitus, Equestris ordinis vir, qui Regina Maria fuerat à supplicibus libellis, illa mortua fidem Catholicam retinuit, officium publicum amisit. Hic idem vir in illis Comitibus, qua sub Elisabethæ regno prima fidem Catholicam reiecerunt, Deum hominesq; palam contestatus est, si hoc æquum videretur, ut religionem miraculis inchoatam, perpetua grauisimorum Principum successione stabilitam, Conciliis generalibus auctam, & vetustate corroboratam, par esset abrogari ab adolescentibus, qui ne barba quidem adhuc potiti essent.

Item illustres Laici, ob fidem Catholicam & Romana Sedis Primatū, aut in custodia defuncti, aut vincti, aut exsules, aut officiis suis & dignitate priuati.

Thomas Fitz-	} Equestris ordi- nis viri, ob Pri- matus Romani fidem in custodia detenti.
herbertus.	
Thomas Met-	
tamus.	
Ioānes South-	} fidem in custodia detenti.
uort.	
Thomas Strad-	}
lingus.	

Gulielmus Rastellus, Ciuilium
& Criminalium caussarum Iu-
dex, cū prius sub Edouardo Se-
xto exsulans, uxorem suam Lo-
uanij sepeliisset; nunc iterum sub
Elizabetha in exsilium spōte re-
diens, Louanij sanctissimè diem
suum obiit, & in eodem sepul-
chro cum uxore sepelitur.

Thomas Copleius, vir tam ge-
neris nobilitate, quàm pietatis &
doctrinæ laude insignis, cū in
Comitatu Surrensi publicæ paci
procurandæ præfectus fuisset. pa-
triam, officium, & patrimonium
satis amplum ob Romani Prima-

Item illu-
stres Laici,
ob fidē Ca-
tholicam
& Roma-
næ Sedis
Primatū,
aut in cu-
stodia de-

tus confessionem dimisit, iamq; in exsilio agit.

*Thomas Shelleus, cum in Comitatu Hantonēsi præsuisset paci publicæ, ne si in officio mansisset, Primatum abiurare cogere-
tur, sponte in exsiliū se cōtulit, quem tres ipsius filij non ita multo post comitati sunt, quorum vnus etiam ad Carthusianorum ordinem se contulit.*

Ioannes Gageus, nobilis viri filius, nobilis ipse vir, cum patrem suum iam etate confectum (qui multis honorum gradibus insigni cū laude in Repub. perfunctus erat) ob fidei Catholicæ confessionem omni honore spoliatum vidisset, honorificeq; sepultura tradidisset, seipsum vnâ cum Margaretha prudentissima & castissima uxore sua, cum fratribus, ac reliqua familia in Belgium recepit, malens Deo patre foris in cōscientiâ pura frui, quàm patrimonio amplissimo domi cum timore gehennæ uti.

Ac ne si proprias singulorum laudes con-

E 3

scribe-

*functi, aut
vincti, aut
exsules, aut
officiis suis
& digni-
tate pri-
uati.*

scriberem, ea res infiniti laboris futura esset: deinceps nuda ceterorum nomina proponam, quos ob fidem Catholicam, aut carcerem, aut exsilium passos esse, aut à locupletissimis testibus accipi, aut ipse cognoui.

Thomas Rousus.

Ioannes Sacheuerellus.

Thomas Roperus.

Ioannes VWestonus.

D. Hussens.

Gulielmus Treshamus.

D. Maio.

Michael Harus.

David Stradlingus.

D. Smithisonus.

Ioannes VWhitmore.

Gulielmus Hough.

D. Curson.

D. Standon.

Petrus Groutus in carcere mortuus.

Ioannes Talbottus.

Humfridus Sheltonus.

Ioannes Lidsus.

Viri Nobiles ob fidem Catholicam in custodiam missi.

Thomas

Thomas Vachellus.
 Thomas Harnæus.
 Franciscus Patous.
 Robertus Gylus.
 Georgius Chamberlanus.
 Simon Norwvichus.
 Edouardus Parkerus.
 Richardus Shelleus.
 Richardus Hopkineus.
 Dominicus Vaughanus.
 Gerardus Marinus.
 Thomas Vvottonus.
 Gulielmus Seburnus.
 Ioannes Digbius.
 Georgius Neuellus.
 Gabriel Dionysius.
 Ioannes Hayvodus.
 Thomas Perdeaxus.
 Rogerus Fitzvilliamus.
 Thomas Redmannus.
 Robertus Redmannus.
 Edouardus Alpertus.
 Aplebeius.
 Humfridus Sanfordus.
 Ludonicus Barlous.

Viri itē Nobiles, ob
 fidem Catholicam
 in exilio degētes.

E 4 Quō

Qui autem in Anglia degentes ab omni cum hæreticis communione, tam in Sacramētis, quàm in precibus abstinent, præterquam quod infirmitati sunt, nec enumerari facile à quocquam possunt, etiam tutum illis non est, ut hoc in loco detegantur, ne per eam occasionem, citius eos ad pœnam rapi contingat. Ceterùm quia etiam fœminæ repertæ sunt, quæ fidem intrepidè usq; ad vincula & mortem confiterentur, nec illas oportet prætermittere.

MARIÆ SERENISSIMÆ SCOTORUM Reginae constantia in fide Catholica tuenda.

PRIMAM in hoc genere laudem Maria, per Dei gratiã, Serenissima Scotorum Regina promeretur, quæ ob Catholicæ fidei studium & amorem, à subditis suis hæreticis primùm odio habita, deinde in carcerem iniquissimè coniecta est.

Illustrium
fœminarũ

Cumq;

Cumq̄ ex illa custodia unius adolescentis opera, non sine quodam miraculo, educta esset: iterum à subditis suis bello petita, & in Angliam fugere coacta, ibi hereticam immanitatem denuò subiuit, non hospes apud hospitem tuta, licet priusquam in Angliam ingressa esset, fides ei multis verbis & munusculis de securo ingressu data fuisset. Porro dum in Anglia degit, hac ei conditio delata dicitur, ut si heresim, quæ iam in Anglia regnat, sese confirmaturam sponderet, proxima Regni hæres in Comitibus publicis declararetur. Illa verò Catholicam fidem sibi antiquiorem esse Regno suo respondit, verè fortis mulier, & digna quæ à subditis hæreticis tot modis oppressa, Catholicis demum populis præsit. Quanquam sanè maius quiddam mihi esse videtur, pro fide Catholica pati,

constantia
in fide Ca-
tholica tu-
enda.

quàm in fide Catholica regnare.

Nobilis vidua, Domina Iana Dormera, Auia Illustrissima Ducissa de Feria, cum patriam suam hæresi occupatam videret, exsili-um sponte subiens, per hos duode-
cim annos ita Louanij egit, vt non solum seipsam à schismate omni contineret, sed etiam pes claudò, oculus cæco, baculus infirmo facta sit, verè mater pupillarum, & viduarum patrona.

Domina VVhartona.

Domina VValgrauia.

Domina Carevu.

Domina Mettama.

Domina Broka.

VVilkinsona.

Malena.

Fremanna.

Ioanna Stubs.

VWilliamsona.

Ioanna Storea.

Virorum insi-
gnium Eque-
stris ordinis
uxores, in sin-
cula ob fidei
confessionem
consecta.

Illustrium
fæminarũ
constantia
in fide Ca-

Graues
Matronæ
ob fidem

Doro-

*Dorothea Harri-
sia, Margareta Mori
filia quondā ancilla,
nunc Ioannis Harri-
sij uxor, que & ipsa
Morotunc morti ad-
iudicato obuiā occur-
rens cū Domina, ul-
timū ab ipso osculum
in hac vita tulit: cu-
ius truncatum capite
corpus paulò post Do-
minæ famulata, &
linterio inuoluit, & se-
pulchro vnâ cū Mar-
garetha Clemētis of-
ficiosè imposuit.*

*aliquando
aut vin-
ctæ, aut
exsules.*

*tholica tu-
enda.*

*Virgo quadam nomine San-
dra, Ioannis Cublei ciuis Herefor-
diæ filia, cū annorum fere quin-
decim esset in carcerem à Scoreo
Pseudoepiscopo coniecta, in fide
permansit usq; ad mortem, cuius
causam ex carceris fœtore hau-
sisse creditur.*

Nec

Nec tantum singuli homines, verum etiam integra familia domum ac patriam reliquerunt, ut Sedis Apostolicæ unitatem non desererent.

Quo in numero facile primas tenet Shelleorum antiqua stirps & clara cognatio. Eius enim nominis & sanguinis fratres primum tres, hoc est, quotquot super sunt: deinde alij tres patruales in exilio voluntario agunt.

Quos in ea virtutis laude comitatus vir optimus & praestantissimus Humfridus Sheltonus, unâ cum uxore, liberis, omniq; familia Cameraci agit.

Georgius Tyrellus, cum duobus filiis Angliam reliquit, ut Ecclesiæ Dei adhereret.

Gulielmus Stapletonus, cum uxore, liberis & nepotibus ex Anglia exiit, ut ex Ecclesia Romana & Catholica non exiret.

Ioannes Harrisus, quondam

*Integra
familia Re-
gnum An-*

à Se-

à Secretis insigni Martyri Thoma Moro, cum uxore, liberis, & familia, eandem crucem sustulit, & insigni cum patientia portat.

Ioannes Foulerus, Harrisij filiam in uxorem duxit, qui & ipse cum liberis & familia Louanij agit, vir Græcè Latineq; doctus.

Nec mihi fas est Elisabetham Gulielmi Sanderi olim uxorem, nunc viduam, hac eadem laude priuare, quæ præter filium, quem Christo ab infantia dedicauit, duas filias sanctissimo D. Brigittæ monasterio tradidit, ubi ambæ laudabiliter degunt, quarum natu maior, Margaretha, sub Catharina Palmera, sanctissima eius Conuentus Abbatissa, Priorissæ locum tenet.

Andreas VVagus, cum uxore & liberis Louanij degit.

Storeorum familia duæ, cum liberis & nepotibus, Louanij agunt.

glia reliquerunt, ut Romano Pontifici adhererent.

Ioan-

Ioannem Clementem artis medicae Doctorem, Graecae, Latinaeque linguae peritissimum, sed fide ac pietate multò insigniorem ultimo loco posui, nō quia priorem meritis sit, verum ut eo diutiùs in eius memoria posteris cōmendanda versarer.]

Tanta enim huius viri atque uxoris eius constantia in fidei Catholicae negotio semper fuit, ut bis ob eam causam à Regno Angliae, sub Principibus Edouardo & Elisabetha exsulerit.

Cui cum Deus filium quidem unicum Thomam Clementem, virum grauem & doctum, filias verò quatuor donasset, omnes tum Graecè Latineque docuit, tum ex haeretica & schismatica Insula eduxit, duas verò ex filiabus Christo apud Louanium despondit, quarum altera Dorothea apud sanctam Claram, sanctissime viuit, altera verò Margaretha apud sanctam Ursulam, sororibus fere octoginta, senioribus iunior, Germanis Angla, ex earundem spontanea electione, insigni cum laude praest.

Cum

Cum verò Elisabetha VVooford sanctissima virgo, & ipsa Angla, tum in eadem domo agat, tum omnium consiliorum Margaretha particeps sit, nec ipsius nomen mihi licuit hoc in loco praterire.

Sed ut redeam ad Clementem meum, is habuit uxorem, Margaretham nomine, Græcè Latineq; scientem, nec artis etiam medicæ ignaram, in omni virtutum genere multò peritiozem: quæ quondam ministraverat Margarethæ alteri, nimirum Thomæ Mori sanctissimi viri sanctissima filia, ei videlicet, quæ patri ad martyrium properanti cum osculo & amplexu in via occurrerat: in qua sanè familia hæc Ioannis Clementis uxor, insignem animi fortitudinem pietatemq; didicerat, eandemq; usq; ad mortem, quam Mechliniæ nuper obiit, integerrimè conseruauit. Cuius vir eius istud monumentū posuit, quod in tantæ matronæ memoriam hoc in libro existare volui.

Clemen-

*Clementis coniunx hoc Margareta sepulcro
Dormit, qua nulli carior vlla fuit.*

*Hæc mihi plus quàm quadraginta & quatuor
Iuncta fuit, rara & norma pudicitia. (annos
Gnatos & gnatas docuit Græcè atq; Latine,
Sed magis instituit, iussa tenere Dei.*

*Ex iis pars nupsit Christo, pars altera mundo:
Vtraq; sed viuit, dispare sorte, Deo.*

*Posthabuit Christi fidei patriamq; domumq;
Ausaperegrino credere membra solo.*

*Margareta vale, mi dilectissima coniunx,
Moribus eximiis, & pietate pari.*

*Vos rursus, pater, & fili, gnatæq; valete,
Et prome assiduas fundite, quaeso, preces.*

*Testes isti, quos ad Primatum Pontificis
Romani confirmandum iam protuli, non sunt
de plebeia fæce Sellulariorum, non milites, nõ
Scholastici auditoriales, non nautæ, taberna-
rij, cætarij, coqui, lanij, non adolescentes ex
Monachis dissoluti. Quidam istorum Episco-
pi sunt, veritatis acerrimi defensores: reliqui
verò Decani Ecclesiarum, Archidiaconi, Ca-
nonici, Presbyteri, Collegiis Præfecti, Theolo-
gi, Iurisconsulti, Medici, Ludimagistri, de-
niq;*

*nig, omnes docti viri & graues, qui non tam
 verbis nudis loquuntur, quàm factis, & rebus
 ipsis clamant: Sic à maioribus accepimus, sic
 prædicatum audiuimus, sic credimus, pro hac
 Petri Cathedra, pro huius Pontificatus Pri-
 matu, alij vincti sumus, alij vinctis compati-
 mur, alij bonorum nostrorum rapinam cum
 gaudio suscepimus, alij animas in caritate
 perfecta posuimus, cognoscentes nos habere
 meliorem & manentem in cælo substantiam.*

ANGLORVM, QVI OB FIDEM
 Catholicam & Romanæ Ecclesiæ Pri-
 matum arma ceperunt, & adhuc
 in exilio agunt, nomina &
 conditiones.



*V*M Apostolica Sedes Elisabethã
 ab Ecclesia defecisse, totumq; An-
 glia Regnum ea re schismaticum
 factum esse, videret: semel & ite-
 rum Legatos in Angliam misit, qui gentem
 illam ad officium reuocarent. Verùm iis Le-
 gatis ne aditus quidem ad Insulam patuit:

F

tantum

tantum abest, ut impetrare aliquid potuerint. Quod cum ita esset, post decem annorum expectatam & iam penè desperatam emendationem. Pius Quintus Pontifex Maximus ad unicam quætam graui morbo adhiberi poterat medicinã se conferens, anno Domini 1569. Reuerendũ presbyterũ Nicolaum Mortonum Anglum, S. Theologie Doctorem, unum ex Presbyteris, qui pœnitentiis indicendis Romæ præerant, in Angliã misit, ut certis Illustribus & Catholicis viris auctoritate Apostolica denunciaret, Elisabethã, quæ tunc rerũ potiebatur, hæreticã esse: ob eamq; causã omni dominio & potestate, quã in Catholicos usurpabat, iure ipso excidisse, impuneq; ab illis, velut Ethnicã & publicanã haberi posse: nec eos illius legibus aut mandatis deinceps obedire cogi.

Qua denuntiatione multi Nobiles viri adducti sunt, ut non solum sibi ipsis consulere, verum etiam de fratribus ab hæreticorum Tyrannide liberandis cogitare auderent. Ac sperabant illi quidem, Catholicos omnes, tam pio instituto summis viribus affuturos esse, verum etsi aliter quàm illi expectabant, res eue-

eue-

evenit, vel quia Catholici omnes nondum probe cognouerant Elisabetham iure publico hereticam declaratam esse, vel quia Deus tam grauem eius Regni defectionem grauius punire decreuerat: tamen illorum Nobilium laudanda consilia erant, quæ certo suo eoque felici successu minimè caruerunt. Quanquam enim omnium fratrum suorum animas è schismatis puteo educere non potuerunt, tamen, & ipsi fidem Catholicam egregiè confessi sunt, & multi eorum animas pro fratribus (qui summus est caritatis gradus) posuerunt, & reliqui seipsum, tum ex hereseos, tum ex peccati seruitute in libertatem vindicauerunt eam, qua Christus nos liberauit. Exhortatus fuerat olim Diuus Bernardus Christianos ad iter Hierosolymitanum, Nec tamen ex illa profectioe Oriëntalis Ecclesia liberata est, sed i potius, qui fratres suos à Saracenorum iugo eripere conabantur, gloriosam ipsi mortem oppetierunt. Accidit autè (vt refert Gotfridus Monachus Clareuallensis in libro 3. vitæ S. Bernardi, cap. 4.) vbi primùm de Christiani exercitus dissipatione lamētabilis intra Gallias

insonuerat rumor, ut illuminandum Dei famulo filium cæcum offerens pater, multis precibus vinceret excusantem. Et imponēs Sanctus pueromanum, orabat ad Dominum, quatenus si ab eo verbum prædicationis illius exierat, si prædicanti spiritus eius affuerat, in illius illuminatione ostendere dignaretur. Dum verò post orationem, orationis præstolaretur effectum: quid facturus sum? ait puer, video enim. Attollitur illico clamor astantium? Plures enim non modò è fratribus, verùm etiam è secularibus aderant, qui ut puerum videre videntem, multipliciter consolati, Deo gratias referebant. Paulò antè verò idem Gotfridus de eadem re præclare scriptum reliquit in hac verba: Quod si placuit Deo, tali occasione plurimorum eripere, si non Orientalium corpora à Paganis, at Occidentaliū animas à peccatis, quis audeat dicere illi. Quid fecisti sic?

Quæ verba in eum finem retuli, ne quis ex solo euentu externo rem totam metiatur, cum multa sepe diuinitus ob occultas quidem, sed tamen grauissimas causas fiant, de quibus
homi-

homines iudicium ferre non debeant.

Nam si Deus illam Hierosolymitanam expeditionem, quæ infeliciter successit, tamē per miraculum à se profectam esse declaravit, quis nunc nisi consiliorum Divinorum ignarus, dicere audeat, illam fidei confessionem, quam Nobiles quidam Angli armati ediderunt, à Deo profectam non esse? Certè quidem illud miraculo imputetur necesse est, quod cùm viri ferè quingenti ex iis, qui arma pro fide sumpsunt, ab hæreticis capti, & morte affecti essent, nemo illorum repertus est, qui aut fidem Catholicam deseruerit, aut belli eius auctores alicuius culpæ accusarit. Permulti verò unitati Ecclesie paulò antè reconciliati, serio sibi gratulantur, quod è vita priùs ipsis exeundum esset, quàm nouo aliquo scelere pacem nuper acceptam maculassent: nec se optare in illo regno diutiùs viuere, quod ipsum iamdiu in Christo viuere desiisset. Omnes autem sub ipsa morte precati sunt, vt inchoata fidei Catholica restitutio feliciter absolueretur.

Inter eos autem facilè princeps fuit Presbyter quidā nomine Plumtreus vir doctus &

pius, cui iam ad mortem ducto, cū vita offerretur, si abiurata fide Catholica, haresim vellet amplecti, negavit se ita velle in mundo vivere, ut interim Deo moreretur. Quapropter fidem suam intrepidè confessus, mortem in mundo per Dei gratiam pertulit, ut vitam aeternam in Christo accipere mereretur.

Nobile etiā martyriū in eadē caussa subierunt duo viri Nobiles de familia Nortonorū, ex quibus alter dicebatur Thomas Nortonus, alter verò Christophorus: & Christophorus quidem, Thomæ nepos erat ex fratre, ille autem huic patruus. Qui ambo nec à fide sua dimoueri, nec ut Elisabetham confiterentur legitimam Reginam adduci potuerunt, etiamsi primum suspensi, deinde adhuc viuentes dissectis visceribus membratim diuisi essent.

Qui autem in Scotiam se receperunt, fidē Catholicam, & Romani Pontificis Primatum omnes ad unum confitentur.

Thomas Perseus Illustrissimus Comes Northumbriae dum Scoto cuidam se credit, ab illo proditus Iacobo Spurio (qui Scotiam tunc praeterius omne occupauerat) deditur, ab eoq; in
carce-

carcerem intrusus est, ubi usq; in hodiernum diem viuit, ac valet: Iacobo interim, qui eum misit in carcerem, per quendam ex Hamletonum familia è medio subita morte sublato.

Anna Somerset a clarissima fœmina, eiusdem Comitum Northumbria uxor, cum diu ab Elisabetha grauissimas persecutiones passa esset, ad eò ut nusquam in uniuersa Scotia quiescere permitteretur, tandem in Belgium appulit, ubi nunc Deum pro mariti salute orat.

Carolus Neuellus Illustriss. Comes VVestmerlandia, variis casibus in Scotia exagitat, cum tandem in Belgium cogitasset, in itinere ipso ad portum quendam litoris Anglicani appulit, in quo certissimum ne prebenderetur periculum erat, nisi gubernatorem nauis vi metuq; ad vela ventis quamprimùm committenda impulisset, qui nunc Louanij cõ reliqua sua familia incolumis agit.

Leonardus Dacrius fortis & clarus Baro, ex Anglia in Scotiam tardius quàm ceteri exiuit, sed nunc par in fide profiten-

da studium adhibens, Mechlinia cum familia sua degit.

Christophorus Neuellus. } Patruī sunt Comi-
Cutbertus Neuellus. } tis VVestmerlādia.

Egremundus Radcliffus, Inclyti Comitis Sussexia frater.

Ioannes Neuellus, Equestris ordinis vir.

Richardus Nortonus, illorum qui martyrium pro fide subierunt, alteri frater, alteri etiā pater.

Thomas Markensfeldus, ordinis Hierosolymitani Eques.

Georgius Markensfeldus.

Edouardus Dacrius, Leonardi Dacrÿ Baronis frater, in Scotia adhuc agit.

Ioannes Swinbornus. }

Brianus Palmus. }

Georgius Smithaus. } In Scotia captiui detinentur.

Franciscus Nortonus.

Christophorus Danbius.

Ioannes Trollopus.

Thomas Ienius.

Robertus Heihingtonus.

Georgius Nortonus.

Anto-

Antonius Nollothus.
Iacobus Suvinous.
Robertus Carrus.
Robertus Tempestus.
Gulielmus Holmes, Presbyter.
Franciscus Morus.
Marmaducus Blaxtonus.
Gulielmus Nortonus.
Marmaducus Nortonus.
Ioannes Thuvvingus.
Rodulphus Suvinous.
Cutbertus Armurerus.
Gerardus Loderus.
Rodulphus Conierus.
Michael Tempestus.
Georgius Stajordus.
Sampson Nortonus.
Gulielmus Slingsbius.
Ingramus Thuvvingus.
Tristamus Fenicus.
Robertus Colinuvodus.

INSIGNE MARTYRIVM IO:
annis Feltoni pro Pontificis Ro-
mani Primatu in Anglia
susceptum.

PIVS V. Pontifex maximus cum
videret, Elisabetham supremi
Ecclesiae Capitis locum in omni
Anglia, eiusdemq; Capitis prae-
cipuam auctoritatem atq; iurisdictionem mon-
struosè sibi usurpasse, Missae sacrificiũ, preces,
ieiunia, ciborum delectum, cœlibatum, ritusq;
Catholicos aboleuisse, libros manifestam hæ-
resim continentes toto Regno proposuisse, im-
pia mysteria & instituta ad Caluini præscri-
ptum, à se suscepta & observata, etiam à subdi-
tis seruari mandasse: Episcopos, Ecclesiarũ Re-
ctores, & alios sacerdotes Catholicos suis Ec-
clesiis & beneficiis eiecisse, ac de illis & aliis re-
bus Ecclesiasticis in hæreticos homines dispo-
suisse, deq; Ecclesiae causis decernere ausam,
Pralatis, Clero, & populo, ne Romanam Ec-
clesiam agnoscerent, neue eius præceptis san-
ctionibusq; Canonicis obtemperarèt, interdi-
xisset:

xisset:

xisse: plerofq; etiam in nefarias leges suas ve-
 nire, & Romani Pontificis auctoritatem atq;
 obedientiam abiurare, & solam in spirituali-
 bus & temporalibus Dominam agnoscere, iu-
 reiurādo coëgisse: Catholicos Antistites & Ec-
 clesiarum Rectores in vincula coniecisse, ubi
 multi diuturno languore confecti extremum
 vitæ diem finiuiſſent: cumq; dicta Elisabetha
 animum ita obfirmatum intelligeret, ut non
 modò pias Catholicorū Principū de ſanitate ac
 cōuerſione preces, admonitioneſq; cōtemneret,
 ſed ne Sedis quidem Apoſtolice Nuntios in An-
 gliā traicere permetteret: præſatus dolorē ſe
 lenire nō poſſe, q̄ adduceretur in vnā animad-
 uertere, cuius Maiores de Repub. Chriſtiana
 tantopere meriti eſſent, de Apoſtolice poteſta-
 tis plenitudine declarauit, prædictā Eliſabeth
 hæreticā, & hæreticorum fautricem, eiq; ad-
 herentes in prædictis anathematis ſententiā
 incurriſſe, quin etiā præteſo Regni prædicti iure,
 necnō omni & quocunq; dominio, dignitate,
 priuilegiisq; priuatā. Itē proceres, ſubditos &
 populos dicti Regni, ac ceteros oēs, qui illi quo-
 modocunq; iurauerāt, à iuramēto huiusmodi,

ac omni prorsus dominij, fidelitatis & obsequij debito, perpetuò absolutos, prout illos tunc sententia suæ auctoritate absoluit, & priuauit eandem Elisabeth prætenso iure Regni, aliisque omnibus supradictis. Præcepitque & interdixit vniuersis & singulis proceribus, subditis, populis, & aliis prædictis, ne illi eiusdemue monitis, mandatis & legibus auderent obedire. Qui secus agerent, eos simili anathematis sententia innodauit.

Hanc sententiam cum Pius Quintus Romæ typis mandari iussisset, voluisset ut earum literarum exempla Notarij publici manu, & Prælati Ecclesiastici, eiusue Curia sigillo obsignata, indubitata fide in iudicio & extra illud, ubique gentium facerent: ita diuinitus comparatum est, ut exemplum quoddam huius declaratoriae sententiae in Angliam ad Iohannem Feltonum deferretur, virum & generis nobilitate satis clarum, & animi fortitudine multò clariorem. Is enim Catholicae fidei studio zeloque adductus, cum penè desperatam patriæ suæ valetudinem non nisi acerbissima aliqua medicina restitui posse animaduert-

ret,

ret, noluit committere, ut hæc sententia summi Pastoris ciues ac proximos suos lateret. Itaque anno Domini 1570. in ipso Corporis Christi festo, dictam Pij Quinti sententiam in ciuitate Londinēsi ad fores Episcopi iuxta summum Templum publicè affixit. Steterunt literæ in loco publico sub clara luce, penè vsq; ad horam octauam sequentis diei, & à plurimis visæ, à multis lectæ, à nonnullis etiã transcriptæ esse dicuntur. Et alius quidem, qui Feltono eas literas affigenti astabat, cum ex Insula profugeret, admonuit Feltonum, ut sibi quoq; per fugam consuleret. Feltonus recusauit id facere, contestatus, se in omnem euentum per Dei gratiam paratum fore. Cum verò hac de re diligentissimè quæreretur, Ioannes Feltonus, tandem apprehensus dignum se Iesu Christi & Primatus ab eo instituti testem exhibuit. Interrogatus enim quid sibi videretur de his literis, paululum cunctatus, tandem respondit: Si verè Pij Quinti Pontificis Maximi literæ essent, meritò eas sibi venerandas videri. Se enim agnoscere, illum esse Iesu Christi vicarium in terris. Qua confessione facta, primo

mum in vincula ductus, ac deinde in iudicium duodecimvirale productus est, ubi de literarum eiusmodi affixione palam interrogatus. Ego (inquit) libero vos omni ulteriori solitudine & labore, meq; fateor hisce literis affigendis operam dedisse. Mox ubi acclamatum esset, Feltonum esse insignem proditorē, omnium iudicum sententiis condemnatur.

Die igitur octavo mensis Augusti, ad supplicium trahendus, in ipso carceris vestibulo, vestem holosericā qua induebatur exuens, ad populum astantem dixit, se ob fidem Catholicam mori, eò quòd Summi Pontificis Primatū confiteretur, negaret verò, prætensam Reginam summum Ecclesie caput esse. Moxq; in cratem iniectus, coniecit oculos in cælum, & Psalmos Pœnitentiales intentissimo studio recitavit. Vbi ad locum supplicij ventum erat, è crate leuatur: cumq; pauorem mortis aliquem sibi obrepere sentiret, se ipsum allocutus: Quid hoc est (inquit) Feltonē? An mortem times? Moxq; scalam iussus conscendere, illam ianuam in conspectu habuit, in qua sententiam Pij V. affixerat, & manu ad illam extenta: ve-
rè

re (inquit) ibi literæ Pontificis Maximi contra prætentam Reginam propositæ fuerunt, & nunc pro fide Catholica mori paratus sum. Interpellârunt eum qui aderant, & admonuerunt, ut veniam à Regina peteret: quibus ille ait: Non læsi eam. Sed si quem læsi, ab illo (inquit) atque adeò ab omni mundo veniam peto. Ita cum oculos ad cælum leuaret, ac in Dei manus animam fidelem commendaret, torque in collum iniectò, de scala deiectus est, ubi cum aliquantulum pependisset, funis præscindi iubetur, ut viuus adhuc reliqua tormenta subiret. Cui verò id officij commissum erat, nõ nihil moratus dicitur, ut pœna hominis parceret. Verùm urgente Magistratu viuus in terrã demittitur. Ibi amputantur virilia, & in ignem propositũ coniciuntur. Tũ autẽ venter aperitur, viscera eruuntur, ipsum cor effoditur, ac neq; adhuc finis. Nã & caput præscinditur, & membra in quatuor partes dissecantur. Quo spectaculo, ac præsertim tanta Nobilis viri cõstãtia, sic animi hominũ cõmoti sunt, ut nullares æquè, aut fidem Catholicã promouere, aut prætesæ Reginae causam ledere poterit.

ILLV.

ILLVSTRE MARTYRIVM IO.
annis Storæi Angli, pro Ecclesiæ
Romanæ Primatu.

IOANNES Storæus ab ineunte
 atate in studiis literarum tantas
 progressiones fecit, ut tum Iuris
 utriusq; Doctor, tum Regius Pro-
 fessor in Oxoniensi Academia fieret. Vbi cum
 ad aliquod tempus magna cum laude officio suo
 functus esset, Londinum euocatus est, ut illius
 urbis Episcopo in Cancellarij munere obeundo
 inseruiret. Erat tunc status rerum Angliæ
 vsq; adeò perturbatus (propterea quod Henri-
 cus VIII. repudiata legitima uxore sua Ca-
 tharina, in eius adhuc viuentis locum An-
 nam Bolenam supponeret, Monasteria euer-
 teret, nobilissimos quosq; & optimos viros ne-
 ci daret) ut Ioannes Storæus & melius sibi &
 securius consultum arbitraretur, si viueret in
 ordine Laicorum, quàm si ad Clerum accede-
 ret. Accepta igitur in matrimonium hone-
 stissima virgine Ioanna VVatfa, cum ob fidem,
 ingenium, doctriam, eloquentiam & con-
 stanti-

stantiam celebris apud omnes merito esset, non difficulter obtinuit, ut quoties publica Regni comitia indicebantur, ipse veluti Decurio precipui alicuius oppidi, quod ius suffragandi habebat, sententiam suam in Comitibus diceret. Vbi tantam in dicendo grauitatem lepore quodam orationis conditam adhibebat, ut inter omnes minorum gentium Senatores facile princeps haberetur. Is igitur cum videret, Henrico iam defuncto, sub impuberis filij Edouardi Sexti etate rem in peius ferri, & à manifesto schismate ad manifestam hæresim deuenire: huic malo summis viribus obsistendum ratus, pro fide Catholica doctissime, constantissimeq; perorauit. Qua in oratione audacter libereq; dixit, iam tunc in Regno Angliæ impletum esse verbum illud Salomonis Væ Regno illi denuntiantis, cuius Rex puer esset. Offenderat ea oratio certorum Principum animos, qui per impuberis adhuc Regis Edouardi etatem ex bonis Ecclesiasticis crescendi non paruam spem ceperant: quos cum sibi valde infestos Ioannes noster haberet, contra morem antiquum, qui summam dicendi liberta-

G

tem

tem omnibus Decurionibus in publicis Comitibus concessit, in custodiam coniicitur. Vnde cum agrè tandem liberatus fuisset, tempore cedendum ratus, in Belgium se contulit, ubi cum usq; ad mortem Edouardi Sexti mansisset, regnante demum felicis memoria Regina Maria, in patriam reuersus, & hereticae prauitatis inquisitor factus, illud munus ita administravit, ut impiissimis quibusq; seuerus Iudex, bonis autem non minus grauis, quàm æquus censor videretur. Maria verò ad Superos migrante, cum heretici, quos publica lege antè cohibuerat, summa rerum positi essent, inprimis Ioanni Stora eo mala omnia intentabant, ac inprimis nimiam hominis crudelitatem calumniabantur. De crudelitate verò sua id in publicis Comitibus Ioannes ipse regnante iam Elisabetha respondit, se nulla in re alia peccasse, nisi qd omissa radice, nescio quos ramusculos præcidisset, cum potius debuisset robustissima quæq; zizania radicitus euellere: quod factum si fuisset, iam (inquit) non tot ac tanta videremus impietatis germina ubiq; stare, atq; adeò florere. Sectarij hoc tantum de ipsa Regina

gina

gina Elisabetha, quæ radix peccati fuisse videbatur, dictum interpretantes, ab illo die novam criminationis materiam, tum arripere, tum colligere non destiterunt, donec inuictæ constantia virum ob fidei Catholica liberrimâ confessionem in vincula coniecissent. Cùm verò aliquot annis in carcere mansisset, quadam die oblatam sibi sese liberandi occasionem videt, arripuit, eripit, ac tam diu in privatis amicorū adibus latitavit, donec in Belgium traiceret. Louanij autem cùm esset, diu multumq; eâ cogitatione torquebatur, quod insignem martyri locū, ad quē Deus eū vocasse videretur, culpa sua amisisset. De hac re sæpius cū uxore, cū amicis aliquādo seriò locutus, mecumq; semel, quarebat, vtrum liceret ei sese iterum in potestatem hereticorum tradere, an non? Ego eî non audebam auctor esse, vt in custodiam reuerteretur. Dei enim consilio videri eum esse liberatum, nec satis tutum fore vt periculum sibi met crearet, quem Deus in tuto collocasset. Ille verò pœnitentiam se acturum professus, locum ei rei aptum apud Carthusianos Louanij delegit, nec recusavit, quò minus

in religionem aliquam ingrederetur, si uxor eius idem etiam propositum se suscepturam sponderet. Illa conditionem recusante, Stora-us tamen in proposito pœnitentiæ agenda ita permansit, ut frequentius apud Carthusianos quàm domi ageret: cum ecce inopia rei familiaris oppressus (præsertim nepote suo ac nepte ad eum ex Anglia transmissis) cœpit de victu querendo sollicitus esse. Erigebatur eo tempore nouus Magistratus apud Belgas, qui uideret, ne quid mercatores exportarent in Angliam, aut etiam inde inueheretur, contra leges à Catholico Rege latis. Hic magistratus cum Parkero cuidam deferretur, is Ioannem Storaum Iurisconsultum virum rogauit, ut sibi adesset, consilioq; suo & auxilio hominem iuaret. Admonebant Storaum amici, ne quid istiusmodi tentaret, esse enim rem & in se odiosam, & ipsius persona indignam, ut mercium, nescio quarum, explorator haberetur. Ille tametsi nonnullis responderet, se ab eo munere alienum fore, tamen lucri (ut uidebatur) spe illectus, temperare sibi non potuit, quò minus Parkerum quibus posset modis iuaret.

uaret.

uaret. *Audiuit ergo nauim quandam in Zelandia esse plenam prohibitarum mercium, quam si deprehendisset, magno ea res lucro & Parkero, & sibi futura esset. Hac esca illectus, primò Bergas, inde in Zelandiam se conferens ad eam nauim delatus est, quæ certorum hominum consilio ad hoc ipsum in insidiis collocata erat, ut simul ac Storæus in eam ingressus esset, vela ventis cõmitteret, hominemq; carceri, quem sponte reliquerat, non inuitum redderet. Quanquam enim eo tempore nihil minus cogitauit, potiusq; alios capturum se sperabat, quàm ne ipse caperetur timebat: tamen postquam Anglia ob oculos proposita, quid actum esset intellexit, Deo gratias egit, qui se iterum martyrij loco restituisset, rogans etiam, ut martyrij locum sibi palmamq; concederet. Quid quæris? Hæretici mercatores ingenti gaudio perfunduntur, sibiq; de suo consilio ac stratagemate supra modum gratulantur. Catholicos verò maiórne stupor, an dolor teneret, difficile dictu est. Storæus Londinum perductus, primò in Lolhardorum, deinde in Londinensem turrim includitur. Questio in*

illum habetur, quid ab initio respōderit ignoramus: id tantum ad nos perlatum est, nunquam ullum subditum in Anglia tam liberè & confidenter locutum. Negabat enim se iure in Principis Angliæ, sed potiùs in Catholici Regis potestate esse.

Anno autè Domini 1571. Vigésimo quinto die Mensis May, productus in iudicium, perduellionis reus peragitur, velut qui coniurationem cum certis viris apud Belgas in civitate Antuerpiensi contra Elisabetham iniussit, religionemq; schismaticam, quæ iam in Angliaregnat, in Catholicam commutare tētasset. Facta verò pro se dicendi potestate, fortantum exceptionem proposuit, negans Iudices ipsos ullam in se potestatem habere, qui iã non Anglicana Principi, sed potiùs Regi Catholico subiectus esset: Interrogatus verò utrū in Angliamatus non fuisset? fatebatur, sed addebat se iustissimade causa solum vertisse. Nã & Abrahamū Patriarcham Dei iussu de terra sua & cognatione olim exiisse, ne peccato idololatriæ, quotunc Chaldaea tenebatur, inuolueretur: cuius exemplum se imitatum esse, eò quòd

quòd

quòd videret, patriam suam schismatis ac heresis peccato implicitam teneri, atq; ideò membrū alterius Reipublicæ factū esse. Reges enim defendendi & protegendi populi causa primū constitutos fuisse. Itaq; cum vidisset, Reginam Angliæ adeò ipsum non protexisse, ut pro derelicto potius haberet, atq; adeò ob id solum, quòd Catholicus esset, iniuste illum persequeretur: eo se animo in Regis Catholici Prouincias commigrasse, ut sub ipsius protectione tam sibi, quàm fidei suæ consulere. Inde se primū dolo malo, deinde aperta vi contra ius omne abreptum esse, nec legibus iam ullis apud illud tribunal, reum sisti. Iudex verò interlocutus est Storaum, nisi quid aliud pro se afferret, statim experturum esse, non deesse leges, quibus in Regno illo condemnaretur. Cum autem Storaus dixisset, se quod bonum & æquum videretur prolocuturum, nec ullo modo posse illius iudicij auctoritatem agnoscere: mox absq; ulla criminis vel confessione, vel probatione, non tantum morti velut contumax addicitur, sed etiam perduellionis nominatim condemnatur. Storaus autē biduo post, cum ad uxorem

Louanij agentem scriberet, deq^z huius sententia iniustitia quereretur: significauit, per facile sibi fuisse, si apud alios iudices actum esset, id quod de coniuratione contra Elisabetham facta obiiciebatur, confutare. Cuius rei testes citabat illos ipsos, quibus cum hac de re Antuerpia egisse dicebatur. Verum quia hoc, quod probè sciret, nescire non posset: integrum sibi non fuisse, aliter causam dicere, quàm dixisset. Intellexit verò se probè scire, pratenfam Angliæ Reginam per declaratoriam summi Pontificis sententiam, ob hæresim manifestam omni iure Regni, dominioq^z priuatam esse, ac propterea magistratum nullum ab illa creatum, eiq^z adhaerentem à se agnosci posse, ne fortè ipse etiam eodem anathemate innodaretur. Ut igitur conscientia suæ consulere, ac summi Pontificis communionem retineret, sanguinè suum profundere non curauit. Ac nimirum in iisdem literis ad uxorem suam non solum gratias agebat Deo, quòd in ea causa moriendum sibi esset, verum etiam uxorem atque amicos omnes congratulatuos ei dicebat, si verè nossent, quanta cum alacritate ad mortem

tem illam properaret, cuius breui compendio septuaginta penè annorum delicta per Dei gratiam expiaturus esset.

Pridie autem Calendas Iunij, cum Præfetus carceri à Storo quæreret, utrum ante obitum suum consilio cuiuspiam ex Dei ministris indigeret: ille postulauit, ne quis prophanus & schismaticus introduceretur, se enim cum nullo tali communicaturum esse. Cum Catholico autem Presbytero libenter se colloqui velle. Impetratum igitur est, ut Reuerendus Archimandrita Dominus Fecnamus, qui eodem in carcere ob fidem Catholicam tenebatur, ad illum accederet, qui per totam prope noctem collocuti esse dicuntur de iis rebus, quæ ad æternam salutem pertinebant. In ipsis ergo Calendis Iunij tantus Dei Martyr iniectus crati, ad locum supplicij trahitur.

Inde in currum translatus, fune prius in collum imposito, dicebat se ut moreretur adesse, ac fatebatur quidem gloriosa Dei voluntate factum esse, ut in Angliam subeundi supplicij causa, quod multò grauius peccata sua merita fuissent, perduceretur. Nam alicui se

G S

admo-

admonitum non semel, quantum ipsi periculum immineret, nunquam tamen illud prospicere potuisse: nunc autem Deo gratias agere, inimicis ignoscere, cū omnibus hominibus pacem habere, corpusq; suum libentissimè carnifici traditurum, ut per breuem pœnam ad æternam gloriam merito sanguinis Iesu Christi aspiraret. Porro de iniquitate iudicij, quod in illum exercuissent, deq; crudelitatis calumnia, cuius ei notam inuississent, pauca locutus, tandem se mori contestabatur in ea Catholica fide, in qua baptizatus fuisset, quaq; illi cum Rege suo Philippo, ceterisq; Catholicis Principibus & populis communis esset. Adstantes autem ac præsertim adolescentes admonebat, ut unam Ecclesiam crederent, unum ouile, Pastoremq; unum, & illum D. Petri Successorem, extra cuius Ecclesiæ unitatē seruari nemoposset. Interrogatus autem à Comite Bedfordiæ, utrū esset subditus Regina? Non sum, inquit. Tum Baro de Hunsdeno intulit: At natus es Anglus. Cui Storæus: Nascitur quisq; liber, eiq; tota superficies terra patet, ut si uno in certo loco habitare non permittatur, alibi tamen

tamen

tamen possit degere. Tum quidam ex ministris Anglicana Synagoga quasiuit, utrum nõ crederet, Reginam immediatè sub Deo supremum caput esse Ecclesiarum Angliæ & Hyberniæ? Non disputandi causa (inquit Storæus) huc veni. Nec mea negatio vobis fidem fecerit, aliter se rem habere. Vix hoc dixerat, quin illi qui aderant, veriti ne grauius aliquid in profanum illum & secularem Regina Primatum dicturus, aut manifestius verum Primatum Romana Ecclesiæ confirmaturus esset, abduci currum iusserunt: atq; ita cum ad breue tempus fuisset suspensus, viuens adhuc in terram demittitur, præciduntur genitalia, aperitur venter, viscera eruuntur, caput amputatur, membra dissecantur, ac ne sic quidè excarnificatus immani ac barbaræ spectatorum crudelitati satisfacit.

Aderat autem inter eos spectator Cecilius, qui Elisabethæ à secretis est, & præterea Comites duo, ac vnus Baro. Istis ergo cum talis mors, parum acerba visa esset, statim duos libellos ediderunt, in quibus venerandi senis ac sancti Martyris reliquias infamiae notis asper-

*aspergere conati sunt, ut omnes intelligerent,
tantas Ioannis Storæi virtutes fuisse atque
esse, ut neque post funera eius ipsorum liuor
& inuidia conquiescat. In his autem duobus
fortissimorum virorum præclarissimis mar-
tyriis hunc librum duxi terminandum.*

*Frustrà enim post Dei opera, ho-
minum attextuntur
verba.*







QVI SVBSEQVENTI-
VM ANNORVM PERSECV-
tiones & martyria cognoscere
voluerit, librum earundē per-
secutionum cum vita & mar-
tyrio Edmundi Campiani &
aliorum, qui liber vbiq; habe-
tur, & in omnes pene lin-
guas conuersus est,
perlegere po-
terit.


Cum facultate Superiorum.





[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]











Th
4922